ALLEGATIO LXXIII.

Epiſcopus in viſitationibus quomodo procedere debeat?

SVMMARIVM.

1 *Viſitare eſt exceſſus inquirere,& inquiſitos caſtigare, aut emendare.*
2 *Epiſcopi tenentur viſitationem per ſeipſos exequi, niſi aliquo legitimo impedimento detineantur.*
3 *Confraternitates, Hoſpitalia, & collegia laicorum Epiſcopi tanquam Sedis Apoſtolica delegati tenentur viſitare, non obſtante quavis exemptione, & immunitate.*
4 *Capitula Cathedralium, & aliarum majorum Eccleſiarum quomodo ſint viſitanda, oſtenditur.*
5 Concil. Trid. ſeſſ.6. de reform.c.4. & ſeſſ.25.de reform.c.6. *declaratur.*
6 *Canonici duo à Capitulo eligendi, dum ab Epiſcopo viſitantur, non ſunt quotidianis diſtributionibus privandi,ſi quando ea de cauſa tempore divinorum officiorum abſint.*
7 *Capitula Cathedralium cum viſitantur, coram adjunctis, ac Epiſcopi notario proceſſus eſt formandus.*
8 *Fiſcalem ſuum poteſt Epiſcopus aſſumere ad viſitationem Capituli abſque ejus aſſenſu.*
9 *Epiſcopus in delictis tam gravibus, quàm levibus contra Canonicos neceſſe eſt,ut cum adjunctis procedat.*
10 *Portionarii cum non dicantur de Capitulo, poſſunt corrigi & puniri ab Epiſcopo ſine Capitularibus adjunctis,etiam caſu quo de conſuetudine,aut privilegio vocem habeant in Capitulo.*
11 *Coadjutores cum futura ſucceſſione poſſunt puniri ab Epiſcopo abſque hujuſmodi adjunctis, niſi ex forma coadjutoriæ colligatur omnia illis conceſſa fuiſſe privilegia, quæ Canonici habent.*
12 *Canonici abſque adjunctis per Epiſcopum privari poſſunt ex cauſa quod Ordines ſuis præbendis annexos non ſuſceperint.*
13 *Capitularium peccata,& exceſſus poteſt Epiſcopus abſque adjunctis corrigere, & emendare illa pœna, quæ ad morum magis emendationem quàm punitionem reſpiciat.*
14 *Viſitare abſque adjunctis poteſt Epiſcopus Capitulares, & bona, ſuorumque bonorum adminiſtratores.*
15 *Viſitare abſque adjunctis poteſt Epiſcopus corpus Eccleſiæ Cathedralis,Sacramentum, Capellanias, &c.*
16 *Capitulum poteſt Epiſcopus convocare, quando Canonicis aliquid deliberandum proponit, nec dere agit ad ſuum, vel ſuorum commodum ſpectante.*
17 *Epiſcopus vocem in Capitulo non habet.*
18 *Capitulum convocare poteſt Epiſcopus in caſibus, in quibus poteſt eſſe judex.*
19 *Viſitatio in inferioribus Eccleſiis quomodo incipienda? oſtenditur.*
20 *Viſitandi jus habet omnis Prælatus Eccleſiaſticus, cui juriſdictio, & adminiſtratio convenit.*
21 *Legati nati, vel à latere poſſunt viſitare ex officio legationis ſibi à Sede Apoſtolica demandatæ.*
22 *Decani, Archidiaconi, Archipresbyteri,& alii inferiores viſitandi jus habent,ſi id longa conſuetudine præſcripſerint.*
23 *Abbates, Generales, & Priores Miniſtri, aliique Præſidentes habent jus viſitandi in Monaſteriis Religioſorum ſuorum.*
24 *Viſitandi poteſtas Epiſcopis conceſſa tranſit in Capitulum Sede vacante.*
25 *Capitulum Sede vacante non poteſt viſitare Monialium cœnobia exempta, quæ alioquin poteſt Epiſcopus, ut delegatus Sedis Apoſtolicæ viſitare.*
26 *Capitulum aliquando ſuperſtite adhuc Epiſcopo ex præſcriptione, vel privilegio viſitandi jus habet.*
27 *Viſitatores à Capitulo ex præſcriptione jus habente viſitandi deputati,debent eſſe approbati ab Ordinario.*
28 *Vicarius generalis jus viſitandi non habet,niſi ſpecialiter eidem committat Epiſcopus.*
29 *Epiſcopo viſitationem aggredienti non licet proponere edicta, quibus ſubditi jubeantur crimina detegere,multóque minus propoſita pœna excommunicationis.*
30 *Pœnæ ordinariæ in viſitatione non ſunt imponendæ, ſed tantùm extraordinariæ.*
31 *Viſitare licèt poſſet iterum Epiſcopus Eccleſias viſitatas ab inferioribus, non tamen poterit iterum punire punitos ab eiſdem.*
32 *Appellatio in viſitatione, etiam ad Sedem Apoſtol. interpoſita, non impedit, aut ſuſpendit illius executionem,dummodo procedatur ſine proceſſu,& ſine ſcriptis.*
33 *Appellatio admittitur in viſitatione à ſententia definitiva, quæ ſuſpendit judicatum.*
34 *Appellatio dabitur à viſitatione ſi Epiſcopus procedat in exemptos, ſeu alios privilegiatos contra eorum privilegia.*
35 *Appellare quando contigerit in viſitatione ab Epiſcopo ſuffraganeo,etiam tanquam Sedis Apoſtolicæ delegato, debet eſſe ad Metropolitanum quoad devolutivam, non quoad ſuſpenſivam.*
36 *Dictio,*etiam,*unum caſum exprimit, & alium includit.*
37 *Appellatio à mandato de reſidendo in viſitatione edito non datur ad effectum ſuſpenſivum, ſed ad devolutivum.*
38 *Epiſcopus viſitans quando tanquam ſuſpectus recuſari poſſit, oſtenditur.*
39 *Viſitatio nullo certo termino præſcripto concludi jubetur, ſed arbitrio Epiſcopi relinquitur.*
40 *Epiſcopus poteſt præſtituere terminum Archidiacono ad viſitationem expediendam, & præſcribere comitatum, & equitatum.*
41 *Viſitatores quantò citius poſſunt ſe expedire,ne gravent ſubditos ſuos expenſis.*
42 *Officiales aſſumpti ad viſitationem expediendam quod ſalarium poſſint accipere à viſitatis, oſtenditur.*
43 *Viſitationis liber plenam inducit probationem quoad viſitationem perſonarum, Sacramentorum, & aliorum pertinentium ad officium viſitantis.*
44 *Pœna quæ ſit impoſita contra Epiſcopum in viſitatione præter procurationem ab Eccleſiis aliquid muneris accipientem, oſtenditur.*
45 *Conſuetudo, qua communitates procurant Epiſcopum viſitantem ſervanda eſt,quamdiu voluerint.*
46 *Viſitans Epiſcopus clerum civitatis,ubi ſita eſt Cathedralis, nullam lucratur procurationem.*
47 *Procuratio nulla debetur Epiſcopo, vel alii viſitatori, dum loca ſpecialiter exempta à præſtanda procuratione viſitat.*
48 *Procuratio attento hodierno Conc.Trid. jure præſcribi poteſt, nec petitur, ubi illam non dandi viget conſuetudo.*
49 *Procurationē ſemoto privilegio, vel præſcriptione,*

nullus

nullus remisisse videtur, etiamsi testatus fuerit se condemnare debita sibi obsequia, sive servitia.

50 *Procurationem nullus visitator accipere potest ab Hospitalibus, & aliis locis leprosorum, domorum Dei pauperum, & infirmorum.*

51 *Procurationem à pauperibus clericis nullus potest exigere.*

52 *Episcopus visitando de proprio intendere tenetur, quando rector Ecclesiæ est pauper, & ille non indiget.*

53 *Procurandus à nemine est Episcopus, dum exit ut Sacramentum Confirmationis tantùm conferat.*

54 *Munera qualiacumque, & quomodocumque illi offerantur, recipere non potest Episcopus à visitatis ratione procurationis.*

55 *Visitator non potest fragmenta notabilia ad domum portare pro erogando pauperibus, sed tenetur illis distribuere, qui sunt in illo loco, quem visitat.*

56 *Procuratorem pecunia redimere liberum est visitatis, si velint.*

57 *Victualium appellatione quæ comprehendantur, ostenditur.*

EPISCOPUS, qui Ecclesiæ suæ sponsus ab Spiritu sancto positus ad eam regendam ac gubernandam, quam proprio sanguine JESUS-CHRISTUS acquisivit, & sanctificavit, tenetur commissum sibi gregem omni studio, & conatu ante oculos habere, ut eum ab omni exteriori damno, interníque animi imminentibus periculis tanquam vigilans Pastor custodiat. Quemadmodum enim Pastores sæpius gregem suum invisunt, lustrant, numerant, ne quid eorum incuriâ pereat; ita Episcopi nulla ratione faciliùs commissi sibi gregis saluti, ac incolumitati consulent, quàm si sæpius eum invisant, ac lustrent, ac quicquid mali furtim dæmonum arte irrepserit, radicitùs exstirpandum curaverint. Visitare enim nihil aliud est, quàm excessus inquirere, & inquisitos castigare, & emendare, atque observantiam obligationum juxta cujusque personæ, ac rei exigentiam, ubi adhuc viget, conservare, & ubi deficit, in statum pristinum restituere. Hinc illa Sacri Concil. Trident. *sess.* 24. *de reform. c.* 3. verb. emanarunt: *Visitationum autem istarum præcipuus sit scopus, sanam, orthodoxámque doctrinam, expulsis hæresibus inducere, bonos mores tueri, pravos corrigere, populum cohortationibus, & admonitionibus ad Religionem, pacem, innocentiámque accendere: cætera, prout locus, tempus, & occasio ferret, ex visitantium prudentia ad fidelium fructum constituere.*

2 Hanc cognoscendi, custodiendi, & emendandi oves suas vigilantiam & studium in visitatione per seipsos personaliter exequendum adhibere tenentur Episcopi, nisi aliquo legitimo impedimento detineantur, quominus id præstare possint, quo non dato, singulis annis unusquisque diœcesim suam perlustrare ac invisere obligatur: quòd si diœcesis adeo ampla sit, ut unius anni spatio commodè lustrari, ac circuiri per Ordinarium non possit, tunc Episcopus singulis duobus annis saltem debet visitationis munus obire, ut statuit Concil. Trid. *d. c.* 3. docet Paul. Salod. *in praxi de Visitation. p.* 1. *c.* 1. Unde Clerum non posse impedire ne Episcopus visitet ante lapsum triennij sub prætextu immemorialis consuetudinis, censuit Rota *in Pampilonensi juris visitandi*, 15. *Martij* 1624. coram *R. P. D. Merlino*, quia decretum Concilij Trident. submonet immemorialem; tum quia materia est impræscriptibilis, & quia semper actus ex parte Episcopi remanet merè facultativus, secundùm Surd. *cons.* 127. *num.* 81. Gratian. *disceptat. forens. c.* 298. *num.* 10. & *c.* 399. *num.* 33. Rot. *decis.* 778. *num.* 5. *part.* 1. *diversf.* Reverendissimus D. Coccin. *decis.* 402. *num.* 10. tum denique, quia aliàs ab Ecclesiastica disciplina alienissimum est, ut ex negligentia Prælati detur ansa Clero, & subditis refugiendi annuam visitationem, utque Episcopus, vel Capitulum in grave cultus divini præjudicium, & in perniciem animarum ipsum recusantium munus suum aliquo tempore ob incuriam prætermissum resumere, & peragere non valeat, per ea quæ tradit Lotter. *de re benefic. lib.* 2. *q.* 2. *n.* 51. in quo si defuerit, ovium suarum sanguinem ex eorum manibus Dominus se requisiturum minatus est, *Ezechiel. cap.* 3. & 33. indubitatum est enim jus illud visitandi esse actum jurisdictionalem ipsius Episcopi. Rota *decis.* 168. *num.* 2. & *dec.* 346. *num.* 2. & 3. & *decis.* 394. *num.* 4. *part.* 1. *recent.* Seraphin. *dec.* 475. *n.* 1. & *decis.* 615. *n.* 2. & *dec.* 1008. *c.* 4. Mantic. *decis.* 322. *num.* 24. Gregor. *decis.* 4. *num.* 2. & *decis.* 304. *num.* 2. Debent igitur non solùm omnes Ecclesias, & Monasteria, sed & alia loca sacra, quæ in sua diœcesi erunt, & sibi subjecta, visitare, quæ quidem facultas Episcopis tanquam Sedis Apostolicæ delegatis tribuitur à Concil. Trident. *sess.* 7. *de reform. cap.* 8. & *sess.* 21. *de reform. cap.* 8.

Tenentur pariter Episcopi Hospitalia, Confraternitates, & Collegia laïcorum, non obstante quavis ex- 3
ceptione, & immunitate, visitare, idque tanquam Sedis Apostolicæ delegati præstare possunt: quæ facultas etiam extenditur ad Ecclesias, quæ nullius diœcesis sunt, ut disponit Concil. Trident. *sess.* 25. *de reform. cap.* 9. Quod tamen ita intelligendum erit, ut scilicet illarum Ecclesiarum visitatio, quæ nullius sunt diœcesis, ad viciniorem spectet Episcopum. Item Monasteria Monialium, quæ immediatè Sedi Apostolicæ sunt subjecta, ab Ordinariis suis, tanquam Sedi Apostolicæ delegatis, visitari, moderari, ac gubernari debent, ut habetur in Concil. Trident. *sess.* 25. *de Regular. c.* 9. Tenentur denique Episcopi loca, & personas exemptas, ac singulari aliquo privilegio quovis modo decoratas, extraordinaria eorum auctoritate, ac jurisdictione, qua tanquam Sedis Apostolicæ delegati funguntur, visitare. Illud est maximè observandum, quod *Sacr. Congreg. Illust. DD. Cardinalium S. Concilij Trident. Interpretum* censuit, *quod si concordia per Episcopum & Capitulum à Sede Apostol. ex certa scientia, & cum causa cognitione confirmata cautum sit, ut Episcopus debeat visitare cum aliquibus assistentibus eligendis à Capitulo, talem concordiam esse quidem servandam, utpote decretis Concilij non abrogatam, sed Episcopus vigore ejusdem concordiæ non teneri adhibere consilium, vel consensum Capituli, vel Canonicorum, sed tantum nudam eorum præsentiam*, quod quidem *Sacræ Congreg.* decretum refert Rota *in Illerden. visitationis*, 13. *Novemb.* 1602. apud Farinacium *decis.* 57. *num.* 10. *part.* 1. *recent.*

Capitula Cathedralium, & aliarum majorum Ec- 4
clesiarum, illarúmque personæ, nullis exemptionibus, consuetudinibus, sententiis, juramentis, concordiis (quæ tantùm suos obligent Auctores, non etiam successores) tueri se possunt, quominus à suis Episcopis, & aliis majoribus Prælatis per seipsos, vel illis, qui sibi videbuntur, Adjunctis, juxta Canonicas sanctiones, toties quoties opus fuerit, visitari, corrigi, & emendare, etiam auctoritate Apostolica possint, & valeant, ut habetur in Concil. Trident. *sess.* 6. *de reformat. c.* 4. & *sess.* 25. *de reformat. cap.* 6. hoc tamen ibi addito, quod † quando extra visitationis gene- 5
ralis actum processerit Episcopus, Capitulum in initio cujuslibet anni eligat ex Capitulo duos, de quorum consilio, & assensu Episcopus, vel ejus generalis Vicarius, tam in formando processum, quàm in cæteris omnibus actibus, usque ad finem causæ inclusivè procedere valeat: quæ Conciliares constitutiones non sustulerunt facultatem, aliàs ex immemoriali, & laudabiliter observata consuetudine, Decano,

& Capitulo ſingulares Capituli, ipſíque ſubjectas perſonas cumulativè cum Epiſcopo, ſeorſim tamen ab eodem, ipsúmque Epiſcopum toties quoties ſua auctoritate uti volentem non excludendo, viſitandi,corrigendi,& emendandi; quia non dicitur Concilium eam facultatem conceſſiſſe Epiſcopo privativè quoad alios inferiores ordinarios, de quorum excluſione non conſtet, & ab eis debitè punitus non eſt cogendus coram Epiſcopo denuò ſe purgare; vel ab eodem iterum puniri : ita referunt deciſum Steph. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.*154.*n.*40. Gonzal. *ad regul.*8.*Cancell.* §.2. *proœm. num.*21. Armendar. *d.tit.*6.*de Viſitat.num.*28. Nicol.Garc. *de benef. p.*3. *cap.*2. *num.*194. *declarat.*3. Ratio autem, quæ movere potuit Pontifices ac Patres Concilij Trid. ad Adjunctos hujuſmodi creandos pro cognoſcendis & decidendis gravioribus Capitularium cauſis, illa magis communiter aſſignari ſolet, ſcilicet ad temperandam æmulationem Prælatorum, & oppoſitionem, quam habent cum Capitulis, & Canonicis, juxta conſiderata per Abb. *in cap. fin. n.*6. *de conſuet. declar.*3. Federic.de Senis *conſ.*247. Verac.*dec.*62.*n.*4. *p.*2. Caſſad.*dec.*6.*de privil.* Seraph.*deciſ.*465.*n.*1. Jam etiam attento Jure communi juriſdictio ordinaria ad Epiſcopum inſimul cum Capitulo ſpectabat, ut probatur *in cap. Epiſcopus, & in cap. ſi quid, & in c. felix,& cap. ſin autem,* 15.*q.*7. ibi, *Solus autem, ad excluſionem aliorum Epiſcoporum, non ſuorum clericorum, ſine quorum præſentia ſententia erit irrita,* &c. & ſic intelligendus eſt text. *in c.*1.*ead. cauſa,& quæſt.* ibi; *liberè,* & *in cap. ſi quis cum clerico,* 22.*q.*2. ibi, *nullam communem cum aliis judicibus,* &c. & *in c. demum, de capell.monach.* ibi, *Solius Epiſcopi,* &c. quia non excludunt proprij Capituli aſſenſum, ſed tantum aliorum Epiſcoporum, & exterorum Adjunctorum, & ita ſentiunt in propoſito Anton.de Butr. *in cap. irrefragabili, de offic.Ordin.n.*20. ibi : *Si attenditur jus commune, de jure principaliter poteſtas ſpectat ad Epiſcopum de conſenſu Capituli,* Abb. *in princ.n.*2.*& in c.*7.*de exceſſ. Prælat.n.*2. ibi, *Epiſcopus de jure communi etiam cauſam alicujus non debet ſine conſenſu Capituli audire,* &c. gloſſ. *in cap.*1. *de exceſſ.Prælat. & in cap.irrefragabili*, ubi bene Felin. *n.*3. Oldrad. *conſ.*251. Mohedan. *dec.*7.*de preſcript.aliàs* 154. ibi, *quia de jure communi juriſdictio ſpectat ad Epiſcopum, & Capitulum,* &c. Saravia *de Adjunctis,q.*1. *per tot.* Gonzal. *ad reg.*8. *Cancell. gloſſ.*47. *num.*13. Ad quod eſt etiam *deciſio Rotæ* 321.*n.*2.*p.*2. *diverſ.* qua deciditur per prædictum decretum Concilij potiùs extendi quàm minui Epiſcoporum juriſdictionem in Cathedralium Capitula, & potiùs illis ablatam, quàm de novo conceſſam, & perſpicuè habetur *deciſ.*243. *num.*5. *part.*1. *diverſ.& deciſ.*321. *num.*2. *p.*2. etiam *diverſ.* etiam Mantic. *deciſ.*180. & idem Saravia *q.*2. reſolvit nullam de novo per Concilium Capitulis juriſdictionem tribui. Illam verò Concilij *in d. cap.* 6. diſpoſitionem intellige procedere tantummodò in Capitulis exemptis, ut cenſuit Rota Romana *deciſ.*121.205.& 308. *p.*2. *diverſ.* & apud Seraphin. *deciſ.* 743. ubi fuit dictum, quod cùm Eccleſia Galligenſis non ſit exempta, non poſſit in ea locum habere diſpoſitio Concilij, & ita quoque declaravit *Sacra Congregatio,* prout referunt Armend. *in addit.ad recopil. legum Navarræ, lib.*1.*tit.*17.*l.*7.*de Epiſcopis, n.*88. Aloyſ.Ricc. *in praxi fori Eccleſ. deciſ.*566. *in prima edit. & reſol.*488. *in fine, in ſecunda edit. & in collectan. dec. collect.*751. *in princ.* Zerola *in praxi Epiſcop.p.*1. *verb. Capitulum*, §. 9. *pag.*84. Maſſobr. *in praxi habendi concurſum præl.*21.*in princ. n.*14. noviſſimè Joan.de Solorzan. *de Jure Indiarum, tom.*2. *lib.*3. *cap.*14. *n.*66. Amplia etiam procedere in Collegiatis, non ſolum exemptis,ſed etiam habentibus concordias, ut tenuit Rota apud Farinac. *dec.*709.*n.*3. *& deciſ.*715.*n.*2.*in* 1.*collectan.* Illas verò,quæ à Sede Apoſtolica ſunt confirmatæ, non comprehendit Concil. *in d. cap.* 6. ut cenſuit *Sacra Congregat.* teſte Armend. *d. tit.*6. *de Viſitat. n.*67. Unde ſub illo decreto non comprehenditur Collegiata in Cathedralem erecta quæ prius non erat exempta, ſed in omnibus Epiſcopo ſubjecta, ut cenſuit *Sacra Congreg.* teſte Armend. *loco proximè citato.*

Duo illi Canonici à Capitulo eligendi, quorum 6
conſilium & aſſenſum, tam in formando libello, quàm in cæteris omnibus actibus uſque ad finem cauſæ incluſivè Epiſcopus, ſeu ejus Vicarius adhibere debet, dum extra viſitationem contra aliquam perſonam Cathedralium, vel Collegiatarum Eccleſiarum procedere voluerit, ſi quando ea de cauſa ſine fraude tempore divinorum Officiorum eos abeſſe contingat, privandi non ſunt quotidianis diſtributionibus tanquam abſentes, propter Eccleſiæ utilitatem ex officio ſibi attributo, ut reſolvit Moneta *de diſtrib. quotid. p.*2. *q.*8. *num.*19.*in ult. impreſſ.* Utrùm autem Epiſcopus eorum conſilium ſequi debeat, vide Rotam pro utraque parte latè diſputantem *in Carthaginenſi juriſdictionis,*26. *Octobris* 1579. coram *Illuſtriſſimo Card.Lancellotto ſen.* apud.Farin. *deciſ.*9.*part.*1. *recent.*

Et coram ejuſdem Adjunctis ab Epiſcopi notario 7
proceſſus eſt fulminandus etiam in judicialibus, & extrajudicialibus correctionibus; & tenetur viſitans dare tranſſumptum, ſi repereris aliquod delictum carceratione, vel caſtigatione dignum, ut cenſuit *Sacra Congreg.* teſte Armend. *d. lib.*1. *tit.*6. *de viſitat. num.*61. & 62. † Ac etiam poteſt Epiſcopus ſuum fiſcalem 8
aſſumere, vel alium, quem voluerit, deputare ſine capituli conſenſu, ut ibi interveniat, quia Capitulum nullum jus habet in electione fiſcalis, qui intervenire ſolet in criminibus Canonicorum, ſed ejus electio ad Epiſcopum ſolum ſpectat, refert à *Sacra Congregatione* deciſum Armend. *d. lib.*1. *tit.*18. *l.*7. *de Epiſcopis, num.*91. & 92.

In delictis tam gravibus, quàm levibus contra 9
Canonicos neceſſe eſt, ut cum Adjunctis procedat Epiſcopus, ut tenuit Rota *in Carthag. juriſdictionis,* 27. *Novembris* 1585. coram *Card. Seraphino,* ut patet in ejus *dec.* 710. quam citat Aloyſ.Ricc. *d.reſol.*488. *num.* 4. ubi *n.* 5. ampliat procedere etiam in levibus, in quibus non eſt opus tela judiciaria, & refert ſic cenſuiſſe *Sacram Congreg. in una Gadicen. ſtatutorum,* 17. *Junij* 1580. Et ſine hujuſmodi Adjunctis non devolvitur ad Epiſcopum facultas procedendi contra aliquem ex Capitularibus, ſi ipſi Adjuncti requiſiti cum eo procedere negligant, vel recuſent. Ita declarante *Sacra Congregat.* ut refert Armendar. *d. l.*7. *de Epiſcopis, num.* 89. & 90.

Solus tamen Epiſcopus poteſt ſine Adjunctis Capi- 10
tularibus ad correctionem, & punitionem Portionariorum procedere, quia non dicuntur de Capitulo, ut fuit deciſum *in Gerunden. Anniverſariorum* 1566. coram *Domino de Graſſis, in dec.* 411. *p.*1. *diverſ.* & etiam caſu, quo Portionarij de conſuetudine, aut ex privilegio Apoſtol. vel Eccleſiæ ſtatuto in Capitulo habeant, vel ut plurimum vocem, ut cenſuit *Sacra Congreg.* teſte Armend. *d. lib.*7. *de Epiſcopo, num.*91. niſi de conſuetudine, vel ſtatuto ſit, ut contra illos Epiſcopos ſine Adjunctis non procedat, ut fuit reſolutum in Rota *in Calciaten.*25.*Februarij* 1611. coram *Atrebaten.* quo caſu accipienda ſunt quæ in hoc propoſito tradunt Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea, reſ.*39. Maſſobr. *in praxi habendi concurſum,pral.*21.*in princ. num.*13. & tunc etiam poterunt in Adjunctos, & conjudices eligi, ut cenſuit *Sacra Congreg. de menſe Aprilis* 1614. teſte Aloyſ. *d. collect.*751. *in fine.*

Contra Coadjutores cùm futura ſucceſſione non 11
tenetur Epiſcopus cum hujuſmodi Adjunctis procedere, niſi ex forma Coadjutoriæ colligatur ipſi Coadjutori conceſſa fuiſſe omnia privilegia, quæ habent

habent Canonici, ut censuit *Sacra Congreg.* teste Nicol.Garc. *in addit.ad suum tract. de benefic. p.4.cap.5. num.96.* ubi observat ex clausula ordinaria Coadjutoriæ, *quod coadjutor habeat omnes & singulas prarogativas, præeminentias, & honores coadjuti,* non colligi concedi coadjutori hujusmodi privilegium de Adjunctis, eo quòd illa clausula intelligatur de prærogativis, præeminentiis, &c. circa servitium Ecclesiæ, ut ex tenore ipsius coadjutoriæ apparet.

32 Sine Adjunctis potest etiam Episcopus procedere ad privationem Canonicorum, ex causa, quod Ordines suis præbendis annexos non susceperint; & ita censuit *Sacra Congreg.* prout referunt Nicol. Garc. *part. 3.cap.4. num.22.* Aloys. Ricc. *d. resol.488. numer. 2. & 3.*

33 Potest etiam Episcopus absque prædictis Adjunctis corrigere, punire, & emendare excessus, ac peccata Capitularium, quos correctione, & punitione dignos reperit, non tamen pœna ordinaria; sed ea, quæ morum magis emendationem, quàm punitionem respiciat. Ita decisum refert Armendar. *d.tit.6.num.39.*ubi *num.77.* Similiter *à Sacra Congreg.* declaratum asserit

34 † posse Episcopum visitare solum Capitulares, & bona, eorúmque bonorum administratores, vel cum quibus sibi videbitur Adjunctis, de quo etiam Nic.Garc. *p.3.c.2. n.198. in* 10.*&* 11.*declar.* qui ampliant posse solum Episcopum visitare fabricam. Juxta dispositionem Concilij *d. c. 6.* Episcopo tantùm conceditur facultas procedendi ad summariam informationem sine Adjunctis, quando agitur de criminibus ex incontinentia provenientibus, de qua in decreto de concubinariis, & de atrocioribus delictis depositionem, aut degradationem requirentibus, ubi de fuga timetur, & ideo ut procedat juxta illius formam, debet Episcopus capere informationem secretè, aut mediante processu camerario, non palam & judicialiter, Juris ordine servato, prævia scilicet querelæ admissione ad Fiscalis instantiam, *Rot.* apud Paul. de Rubeis *dec.4. à n.2. & dec.289.& 295.tom.2. diverf.* aliàs *p.7. recent.* in quarum ultima decisione habetur quod Episcopus sine Adjunctis prohibitus est citare, vel monere.

35 Potest denique absque hujusmodi adjunctis Episcopus visitare corpus Ecclesiæ Cathedralis, Sacramentum, Reliquias, vestes, ornamenta, cæteraque ad cultum divinum destinata: item & Capellas, Capellanias, dotationes, Anniversariorum institutiones, memorias, defunctorum pia opera, vel res, aut bona fabricæ vel Ecclesiæ, ut censuit *Sacra Congreg.* teste Armend. *d. tit.6. de visit. num.* 123.

36 Illud in præsenti advertendum duxi, Episcopum eo duntaxat casu habere facultatem convocandi Capitulum, quando Canonicis aliquid deliberandum proponit, nec de re agit ad suum, vel suorum commodum spectante, neque prohibetur eidem quominus Capitulum suo arbitrio convocet. Ita refert decisum Armendar. *d. lib.7. de Episcopis, num.* 95. & tamen in eo vocem non habet, ex eodem Armendar. *loco proximè citato, num.* 84. Galet. *in margarita casuum consc. verb. Episc. antepen.* In illis igitur casibus spectantibus ad Episcopalem Dignitatem, in quibus Episcopus potest esse judex, convocare poterit Capitulum, secus verò in aliis, in quibus judex esse non potest, Armend. *d. num.95.* Quam denique potestatem habeat Episcopus in Capitulo, declarat Aloys. Ricc. *in praxi aurea, resol.214.* Duobus modis potest Episcopus esse in Capitulo, primò ut Episcopus, secundò ut Canonicus, prout contingit in Ecclesiis ubi collatio Beneficiorum, vel Canonicatuum pertinet ad Episcopum, & Capitulum conjunctim, ut observat novissimè Hieronym. Venero & Leyva *in examine Episcoporum, lib.* 4. *cap.* 29. *num.* 27.

37 Si Episcopus sit in Capitulo tanquam Episcopus, debet sedere in superiori loco ornato & præparato, & proponere sicut caput Ecclesiæ, & Capituli, & ordinare omnia quæ in illo actu debent fieri, Abb. *in cap. postulastis, de conces. prabend.* Hieron. Venero *cap.29. num.* 34. ubi *num.* 35. subdit quod si tunc appelletur à decisione facta ab Episcopo & Capitulo, debet appellari ad Metropolitanum, & Judicem superiorem, non autem ad ipsum Episcopum. Non habet tamen vocem decisivam in rebus pertinentibus ad Capitulum, sed solùm potest proponere, exquirere, & resumere, Concil. Trident. *sess.25. de reformat. c. 6.* Armend. *in addit.ad recopil.legum Navarra, lib.1. tit.18.l.7.de Episcopis, n.84.* Hieron. Venero *d. c.29. n.42.* Episcopus potest ad libitum suum Capitulum convocare, & audire vota eorum, ac concludere juxta majorem partem suffragiorum, dummodò res de qua agitur, non sit in commodum Episcopi, vel suorum: quia tunc licèt possit illud congregare, & rem proponere, debet relinquere Canonicos de Capitulo solos, ut ipsi liberè rem discutiant, & determinent, Hieron. Cenero *dict. c.29. n.37. & 38.* ubi *n.39.* subdit, Episcopum non posse congregare Capitulum pro omnibus casibus, in quibus non potest esse Judex. Si habeat controversiam cum Capitulo, non potest domi suæ illud congregare, sed debet ad Aulam capitularem accedere, in qua solitum est Capitulum semper conveniri, prout decisum referunt Armend. *d. l.7. de Episcopis, num.96.* Aloys. Ricc. *in decis. Curia Archiep. Neapol. p.4. decis.286.* Hieron. Venero *d. cap.29. num.* 41.

38 Quando verò Episcopus assistit in Capitulo ut Canonicus, quia in eadem Ecclesia est Præbendatus, obtinétque jus Canoniæ, debet sedere in sua propria Sede apparata & ornata, & primus debet dicere suam sententiam, quia à Tridentina Synodo ei datur prima sedes & omnis auctoritas: vide Abb. *in cap. postulastis, sub num.8. de conces. prab.* Boër. *de auctor.magni Consilij, n.65.* Stephan. Grat. *disceptat.forens. c.106. à num.9.* Lotter. *de re benefic. lib.1.q.16.n.104.& 105.* Hieron. Venero *d. c.29. num.* 28. ubi *num.* 30. subdit quod tunc habet unum suffragium sicut unus de Capitulo, licèt magis ponderativum propter ejus auctoritatem, & *num.* 31. addit, quod servanda est consuetudo, vel statutum cujusque Ecclesiæ, an debeat vincere sententia illa, pro qua suffragium tulit Episcopus, si paria sint suffragia, & *num.* 32. ait Decanum, vel caput illius Capituli debere proponere, & resolvere, etiam quando Episcopus assistit in Capitulo tanquam Canonicus, petita tamen cum debita urbanitate licentia ab Episcopo, eum salutando.

39 Post Cathedralis Ecclesiæ visitationem cæteras civitatis Ecclesias, & deinde reliquias in diœcesi sitas, Monasteria, pia & religiosa loca, Clerum, & populum visitabit Episcopus. Et prius Præsul, sive visitator, exemplo Christi Domini, *Matth.21.* qui cùm templum Hierusalem visitare vellet, duos ex Discipulis suis præmisit, qui adventum ejus prænuntiarent in omnem civitatem, oppidum, & locum, quò erit ipse venturus, nuncium cum litteris Pastoralibus, ac mandato manu chirographi sui, ac Notarij, quem secum ad visitationem peragendam ducet, subscriptis, mittere debet, ut sex, aut octo diebus saltem, plus, minusve, de adventu suo subditi visitandi certiores fiant, ut se ad visitationem recipiendam congruè juxta status sui conditionem præparare possint, ac diligentiùs, quid unicuique eorum ex officio præstandum sit, considerare, ac præmeditari, ne imparatos eos offendat visitator, qui si fuerit ipsemet Prælatus, processionaliter à Clero recipiendus est, Fusch. *de visitat. lib.1. cap.* 4. *num.* 10.

40 Visitandi jus ad solum Episcopum spectat, nisi in contrarium ostendatur privilegium, vel consuetudo legitimè præscripta, ut post Host. Socin. & alios, tradunt Sarmient. *lib.3. select. 6. ultim. num.1.* Mandos. *consil.38. num.1. & cons. 37. num.* 11. Rot. *dec.* 207. *num.5.*

n.5. p.2. diverſ. & deciſ.394. num. 1. apud Farin. *p.1. recent.* qui fundatam habet intentionem ſuam viſitandi omnes Eccleſias ſuæ diœceſis, Mantic. *deciſ.* 320. *n.* 1. Si verò hujuſmodi viſitandi jus concedatur alicui, non cenſetur conceſſum privativè quoad Epiſcopum, niſi expreſsè dictum ſit, quod Epiſcopus non viſitet, Rot. *in Abulen. juris viſitandi,* 10. *Novem.* 1600. coram *Greg. XV.* impreſſa per Farinac. *deciſ.* 33. *p.2. recent.* Habet etiam viſitandi jus, & poteſtatem omnis Prælatus Eccleſiaſticus, cui juriſdictio, & adminiſtratio convenit, *c.*1. *§. hanc, de cenſib. lib* 6. poſt Federic. Calderin. Oldrad. & alios, Azor. *inſtit. moral. p.2. lib.* 3. *cap.*40. *q.* 6. Rebuff. *in praxi, tit. de devolut. n.* 65. Rot. *deciſ.*346. *num.*2. *p.*1. *recent.* & *in Trident. juriſdictionis* 1607. coram *Card. Sacrato, & in Pampilonen. juris viſitandi,* 15. *Decembr.* 1623. coram *R.P.D. Merlino,* noviſſimè Lotter, *in tract. de re benefic. lib.* 2. *q.* 2.
21 *num.*44. ac proindè præter Romanum Pontif. † Legati à latere ex officio legationis ſibi à Sede Apoſtol. demandatæ, *cap. cùm Apoſtolus, de cenſib.* Item Legati Pontificij, qui non ſunt à latere, ſed dicuntur nati, quibus legatio Apoſtol. competit ratione dignitatis, in qua ſunt conſtituti, *cap. cum inſtantia, c. procurationes, de cenſib.* Item etiam Legati Apoſtolici, qui Miſſi, ſive Nuncij Apoſtolici nuncupantur, ſi viſitandi onus eis ſit ſpecialiter impoſitum, vel ſi urgens aliqua neceſſitas viſitationem poſtulet, *d. cap. cum inſtantia, d. cap. procurationes,* Fuſch. *de viſitat. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 9.

Item Vicarius Summi Pontificis in territorio ſibi injuncto, *cap. pen. de officio Vicarij,* Fuſch. *d. lib.*1. *c.*2. *n.* 4. Inſuper Illuſtriſſimi Cardinales in Eccleſiis ſuorum titulorum, Concil. Lateranenſe *ſub Leone X, ann.* 1514. ubi habetur Cardinales tituli ſui loca, ſi præſentes fuerint perſonaliter, ſi abſentes per Vicarium, teneri ſingulis annis viſitare, & clericos, & populos ſuarum Eccleſiarum, de quibus plura ex aliis refert Fuſch. *ubi proximè, n.*5. Item Patriarchæ, *cap. felices* 3. *de cenſib. in* 6. Conc. Trid. *ſeſſ.*24. *de reform. c.*3. *in princ.* Fuſch. *d. n.*5. Azor. *d. c.*40. *q.*6 *verſ. quares.* Archiepiſcopi quoque non tantùm in ſua diœceſi, ſed in tota provincia, *c. ſopitæ* 13. *c. ſuper eo* 22. *c. cùm nuper* 25. *de cenſib. c.*1, *eod. tit. in* 6. Doctores citati *ſuprà hoc tract. p.*1. *tit.*4. *de Archiepiſcopi præſtantia, verſ.*27.

22 Decani, Archidiaconi, Archipresbyteri, Plebani, & alij inferiores viſitandi jus habent, ſi id longa conſuetudine præſcripſerint, *cap. ſuper eo, & c. cùm Apoſtolos, de cenſib.* De quibus novè Conc. Triden. *ſeſſ.*24. *de reformat. cap.*3. ita diſponit. *Archidiaconi autem, Decani, & alij inferiores in his Eccleſijs, ubi hactenus viſitationem exercere legitimè conſueverunt, debent quidem aſſumpto notario, de conſenſu Epiſcopi, deinceps per ſeipſos tantum viſitare.* Refert Felician. Comenſ. *in man. viſitat. lib.*1. *tit.*3. *verſ. Archidiaconi,* Fuſch. *d. cap.* 2. *num.* 39.

23 Competit denique viſitandi jus Abbatibus Generalibus, Prioribus, Miniſtris, aliiſque præſidentibus in Monaſteriis Religioſorum, vel deputatis in iiſdem, *cap. in ſingulis, c. ea quæ, de ſtatu monach.* Fuſch. *d. cap.*2. *n.*14. Sic & Abbatiſſis, & aliis mulieribus Regularibus in Monaſteriis in quibus degunt, & in aliis earum juriſdictioni ſubjectis, *Clem. attendentes, in princ. de ſtat. monach.* Fuſch. *d. cap.*2 *n.*14. & 15. Azor. *d. c.*40. *q.*8. & 9. Felician. Comenſ. *d. tit.*3. *verſ. Viſitatores.*

24 Viſitandi poteſtas Epiſcopis conceſſa tranſit in Capitulum Sede vacante: poteſt enim viſitare Eccleſias Epiſcopatui ſubjectas, ut reſolvunt Federic. de Senis *conſ.* 16. *ſub n.* 2. *verſ. item poteſt Capitulum & conſil.*40. *num.*1. Fuſch. *d. cap.* 2. *n.*20. Molin. *de Juſtit. tract.*5. *diſp.*11. *num.*7. *verſ. ex eodem,* Rebuff. *in praxi, tit. de devolut. num.*65. Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſ. p.*1. *cap.*10. *num.*8. *verſ. decimò,* Raguc. *de voce Canon. quæſt.*36. *num.*2. Lotter. *de re benefic. lib.*2. *quæſt.*2. *n.*44. Rot. *deciſ.*346. *num.*2. *part.*1. *recent.* & *in Pampilonenſi juris viſitandi,* 15. *Decembris* 1623. coram *R. P. D. Merlino.* Quaranta *in ſum. Bullarij, verb. Capitulum Sede vacante, verſ. quibus ſic præliba-tis, pag.*134. Azor. *d. lib.*3. *cap.*37. *q.*14. ex eo, quia Sede vacante Capitulum ſuccedit in omni Ordinaria Epiſcopi juriſdictione, niſi aliud Jure reperiatur expreſſum, *cap. ult. de ſuppl. neglig. Prælat. lib.*6. *c. cùm nullus* 3. *ad finem princip. de temporib. ordinat. eodem lib. gloſſ.* per text. *ibi, in cap. cum olim* 14. *de majorit & obed. gloſſ. ult. in c.*1. *de inſtit. lib.*6. gloſſ. *verb. Capituli,* per text. *ibi in Clem.*1. *§. duro, de hæretic.* poſt alios Pavin. *de poteſtate Capituli Sede vacante, p.*1. *q.*1. *n.*45. Simanch. *de Cathol. inſtit. tit.*25. *n.*6. Fuſch. *de Viſitat. lib.*1. *cap.*2. *num.*20. & alij citati ſuprà *alleg.*36. *num.*9. Planè viſitatio jus eſt Epiſcopale, pertinens ad poteſtatem juriſdictionis Ordinariæ, non verò ad poteſtatem Ordinis, *cap. conquerente, de offic. ord. cap.*1. *§. ult. de cenſib. lib.*6. Pavin. *de viſit. part.*1. *in* 1. *q. num.*8. Lotter. *de re benefic. lib.* 2. *q.*2. *num.* 43. Seraph. *deciſ.*475. *num.*1. & *deciſ.*615. *n.*2. & *deciſ.*1008. *num.*4. Mantic. *deciſ.* 322. *n.*24. Gregor. XV. *deciſ.*4. *n.*4. & *deciſ.*304. *n.*4. Rota *deciſ.*186. *n.*2. *part.*2. *diverſ.* & *deciſ.*396. *n.* 4. *p.* 1. *recent.* Deinde non reperitur expreſsè prohibita Capitulo Sede vacante; igitur, &c. Quicquid diſtinguat inter viſitationem generalem, & ſpecialem gloſſ. *d. verb. Capituli,* & veriorem putet Pavin. *de viſitat. part.*1. *quæſt.*2. *num.*46. Quicquid etiam oppoſitum ex diametro, videlicet Capitulum Sede vacante viſitare non poſſe, defendat Fuſch. *loco proximè citato.* Nec obſtant quæ ille pro ſua opinione conſiderat, ad illud enim quod Capitulum Sede vacante non ſuccedit in voluntaria juriſdictione Epiſcopi, maximè quando futuro ſucceſſori notabiliter præjudicatur, ex reſolutis per Rebuff. *in praxi benef. tit. de devolut. à num.*70. & Pavin. *de poteſt. Capitul. p.*2. *q.*1. & quod viſitatio pertinet ad voluntariam juriſdictionem, ſeu adminiſtrationem *cap. regenda,* ibi, *ut ſibi viſum fuerit,* 10. *q.*1. Reſpondetur poteſtatem viſitandi non ad voluntariam, ſed ad contentioſam juriſdictionem pertinere, quippe cùm reddatur in invitum, & ſubditi, velint nolint, viſitationem ſubire teneantur, quinimò Superior, cui ex officio incumbit, viſitare tenetur, *cap. ſopitæ* 14. ibi, *jure communi, de cenſib. cap. relata, in fine,* 10. *q.*1. Advertit Abb. *in d. cap. cùm olim, n.*2. *verſic. extra gloſſ.* Quamvis in arbitrio conſiſtat data cauſa plures quam ſemel in anno viſitare, hoc vel illo tempore, *d. cap. regenda;* deinde futuro ſucceſſori notabiliter non præjudicatur; cùm potius ab onere relevetur, ut patet. Quapropter priorem ſententiam, quæ communis eſt, & in praxi recepta, tenendo declarabis procedere cum ſuprà citatis, præſertim Cardin. *d. n.*6. & Abb. *loco citato,* in viſitatione, quæ competit Epiſcopo jure ordinario, non autem delegationis, de quo Azor. *d. cap.* 37. *q.* 15. Ad quod propoſitum adeſt bona deciſio Rotæ *in Pampilonen. Juris viſitandi,* 15. *Decembris* 1623. coram *R. P. D. Merlino,* quæ ſic cantat.

Pro Capitulo Eccleſiæ Cathedralis ſolùm informante reſponſum fuit, ſcilicet ipſum Capitulum Sede Epiſcopali vacante habere intentionem fundatam in Jure viſitandi univerſam diœceſim, ac omnia & ſingula membra, ac proindè etiam clerum de Guipuzcoa, ea ratione, quia dum Eccleſia Cathedralis ſuo viduata eſt ſponſo, omnia, quæ ad juriſdictionem ſpectant, in ipſum tranſeunt Capitulum, c. cùm olim, ubi Abb. *n.*2. & Bald. *in princ. de majorit. & obed. c.*2. *ne Sede vacante,* Feder. de Senis *conſ.*18. *n.*2. Navar. *conſ.*44. *n.*2. *de tempor. ordin. & conſil.*7. *n.*1. *de filiis Presbyter.* Rebuff. *in praxi, tit. de devol. n.*58. Azor. *inſtitutionum moralium, lib.*3. *c.*37. *quæſt.*6. *p.*2. Gutier. *quæſt. canonic. cap.*11. *num.*10. *lib.*1. Pavin. *de poteſtat. Capituli Sede vacante, quæſt.*1. *num.*3. *cum ſequentibus, & queſt.*5. *num.*2. *verſic. item*

regulariter

regulariter, part. 1. Pariſ. *de reſignat. qu.* 23. *num.* 27. & 28. *lib.* 8. Suarez *de cenſur. diſput.* 7. *ſect.* 2. *n.* 4. Molina *de Iuſtit. & Iure tract.* 5. *diſp.* 11. *n.* 5. Rot. *diverſ. deciſ.* 1. *n.* 13. *part.* 2. *& inter recent. deciſ.* 346. *n.* 2. *p.* 1. *& deciſ.* 632. *n.* 4 *p.* 2. &c. *in ead. cauſa Pampilon. juris viſitandi* 25 *Martii* 1624. coram eodem *R. P. D. Merlino*, fuit denegata remiſſio clero de Guipuzcoa enitenti impedire Capitulum ne viſitaret Sede Epiſcopali vacante ante lapſum triennii, ſub prætextu immemorabilis conſuetudinis, tum quia decretum Concilii ſubmovet immemorabilem, ibi, *non obſtante quacumque conſuetudine etiam immemorabili*, &c. tum quia materia eſt impræſcriptibilis, & quia ſemper actus ex parte Capituli remanet merè facultativus. Steph. Grat. *diſcept. for. c.* 298. *n.* 10. *& c.* 399. *n.* 38. Lott. *d. lib.* 2. *q.* 2. *n* 49. *&* 50. Rot. *dec.* 778. *n.* 5. *p.* 1. *diverſ.* Coccin. *deciſ.* 402. *n.* 10.

Viſitatio autem diœceſis, utpote quæ verſatur nè dum in acceſſu ad unamquamque, ſi id commodè peragi poteſt, Eccleſiam, ſed & in perquiſitione, & reformatione morum, tam Cleri, quàm populi, bonos tuendo, & pravos corrigendo, ut *in c.* 1. *de cenſib. in* 6. & in S. Concilio Trident. *ſeſſ.* 24. *c.* 3. cùm ſit actus præcipuè ad juriſdictionem pertinens, *c. conquerente, de offic. Ordin. c.* 1. *§. fin. de cenſib. in* 6. Pavin. *de Viſitat. q.* 1. *n.* 8. *p.* 1. Rot. *diverſ. deciſ.* 196. *n.* 2. *part.* 1. coram Cardin. Seraph. *dec.* 475. *n.* 1. *& deciſ.* 615. *n.* 2. *& dec.* 1008. *num.* 4. & coram Cardin. Mantica *deciſ.* 322 & coram S. mem. Greg. XV. *dec.* 4. *n.* 4. *& deciſ.* 304. *n.* 2. *& inter recent. dec.* 168. *nu.* 2. *& dec.* 346. *n.* 2. *& deciſ.* 394. *n.* 4. *part.* 1. Sequitur ut defuncto Epiſcopo Capitulum ſuccedat in hoc Iure juriſdictionali, & proinde munus viſitationis obire poſſit eodem modo, quo poterat Epiſcopus; & in puncto, quod Epiſcopali Sede Vacante facultas viſitandi diœceſim reſideat penes Capitulum, dixerunt Abbas *in cap. cùm olim, ſub num.* 2. *verſ. ſed indiſtinctè*, ubi etiam Bald. *n.* 1. *de majorit. & obed.* & Franch. poſt Imol. Gemin. *in cap.* 1. *n.* 5. *eodem tit. lib.* 6. Archidiacon. *in cap. ſi Epiſcopus, n.* 2. *de ſuppl. neglig. Prælat. in* 6. Feder de Senis *conſ.* 16. *nu.* 2. *verſic. item poteſt*, & *conſ.* 40. *n.* 1. Rebuff. *in praxi, tit. de devolut. num.* 65. Azor. *inſtit. moral. lib.* 3. *cap.* 37. *quæſt.* 14. *p.* 2. Rot. *inter recent. deciſ.* 346. *n.* 2. *part.* 1. & idem aliàs fuit dictum *in Burgen. procurationum*, 10. *Martii* 1597. coram Orano, & *in Tuden, Iuriſdict.* 28. *Novembr.* 1607. coram *Card. Sacrato*, tenet quod † non poteſt viſitare Monialium cœnobia exempta, quæ alioquin poteſt Epiſcopus, ut delegatus Sedis Apoſtolicæ, & ita cenſuit Rot. *in una Burgen. juris viſitandi* 1588. coram *D. Orano*, ubi agebatur de viſitando Monaſterio Monialium non exempto à juriſdictione Epiſcopi, & fuit ibi dictum Capitulum Sede vacante illud viſitare poſſe, refert Aloyſ. Ricc. *in praxi, fori Eccleſ. dec.* 609. *in prima editione, & reſol.* 533. *in* 2. *edit.* ubi aſſerit procedere, etiam quando Sedes Epiſcopalis quaſi vacat, veluti Epiſcopo ab hoſtibus, vel paganis capto, ut fuit 16 dictum *in eadem Burgen.* 10. *Martii* 1597.

Aliquãdo tamen Capitulum ſuperſtite adhuc Epiſcopo ex præſcriptione, vel privilegio viſitandi jus habere poteſt, ut colligitur ex Concil. Trident. *ſeſſ.* 24. *de reformat. c.* 3. *verſic. viſitatores.* Azor. *d. lib.* 3. *c.* 40. *quæſ.* 8. Et tunc † viſitatores à Capitulo deputati debent eſſe approbati ab Ordinario, ut deciſum refert Armend. *d. lib.* 7. *de Epiſcopis, n.* 110.

17 Sicut Capitulum Cathedralis Eccleſiæ Sede vacante ſuccedit in juriſdictionalia Epiſcopi, & in jus viſitandi, ita etiam Sede vacante per mortem Abbatis habentis Iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, Capitulum Collegiatæ ſuccedit in juriſdictionalem dicti Abbatis, & jus viſitandi, prout cenſuit Rot. *in Burgenſi juriſdict.* 22. *Iunii* 1611. impreſſa per Farin. *deciſ.* 346. *p.* 1. *recent.* ubi *nu.* 5. ampliant, etiamſi tale jus Abbati competeret ex præſcriptione, vel privilegio, & reſpondet ad illud, quod ea quæ de Iure ſpeciali competunt, non ſolent tranſire in Capitulum, ut per Abb. *in c. cùm olim, n.* 2. *de majorit. & obed. in* 5. *q.* & Felin. *n.* 5. & 6. Rebuff. *in praxi, tit. de devolut.* procedunt auctoritate delegata, & quæ nomine Sedis Apoſtol. exercetur, ut citati DD. loquuntur: quod non convenit cum juriſdictione ordinaria, quæ licèt ex conſuetudine, vel privilegio habeatur, exercetur tamen per Abbatem nomine proprio. 28

Vicarius autem generalis hoc jus viſitandi non habet, niſi ſpecialiter eidem committat Epiſcopus, ut reſolvunt Rebuff. *in praxi benef. tit. forma Vicariatûs, n.* 100. & 101. Sbroz. *de vicario Epiſcopi lib.* 2. *q.* 120. *n.* 2. Fuſch. *d. c.* 2. *n.* 18 Azorius *inſtit. moral. p.* 2. *lib.* 3. *c.* 45 *q.* 4. Vgolin. *de poteſtate Epiſcopi c.* 4. *§.* 7. *verſic. tertiò nec viſitare* Narbon. *de appellatione à Vicario ad Epiſcopum, p.* 1. *n.* 224. 29

Non licèt Epiſcopo viſitationem aggredienti proponere edicta, quibus ſubditi jubeantur crimina detegere, multóque minus propoſita pœna excommunicationis. Ita cenſuit *Sacra Congreg.* teſte Armend. *dict. tit.* 6. *de viſitat. l.* 5. *§.* 2. *nu.* 26. noviſſimè me citato in hoc loco Mendez à Caſtro *in praxi Luſitana, part.* 2. *lib.* 2. *c.* 3. *n.* 36. 30

Nec etiam poteſt in viſitatione pœnas ordinarias, delictorum imponere, ſed tantùm extraordinarias, quæ magis morum emendationem, aut correctionem, quàm ordinariam delicti vindictam reſpiciant, idem Armendar. *loco proximè citato, num.* 11. Et licèt poſſet iterum viſitare Eccleſias viſitatas ab inferioribus, ut in terminis Concil. Trident. *d. c.* 3. † non tamen poterit iterum punire punitos ab eis, nec ab eis abſolutos cogere ad innocentiam ſuam demonſtrandam, idem Armendar. *dict. lib.* 7. *de Epiſcopis, num.* 111. 31 32

In iis, ubi de viſitatione, aut morum correctione agitur, proceditur omni, & quacumque appellatione, ſeu querela, etiam ad ſedem Apoſtolicam interpoſita ſemota, quæ executionem nullo modo impedire, aut ſuſpendere poteſt, Concil. Trid. *ſeſſ.* 24. *de reform. c.* 10. Lancellot. *de attent. & innovat appell. pendente, limit.* 18. *princ. n.* 6. Regin *de appell §.* 2. *c.* 3. *n.* 6. Matchelan. *de commiſſion p.* 1. *de commiſſione appellationum extrà curiam Romanam, c.* 6. *n.* 78. *in ſecunda impreſſ.* quos refert Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea, reſolut.* 7. *nu.* 1. Gabr. Berart. *in ſpeculo viſitat. ſecular. c.* 27. *num.* 62. noviſſimè Mendez à Caſtro *in praxi Luſitana p.* 2. *lib.* 2. *c.* 3. *n.* 32. *pag.* 45. Marc. Anton. Genuenſ. *in praxi Neapol. c.* 21. *n.* 3. Gratian. *March. dec.* 188. *n.* 1. & 2. me citato *in hoc loco*, Ciarlin. *controv. forenſ. lib.* 1. *c.* 65. *n.* 19. dummodo Epiſcopi procedant ſine proceſſu, & ſine ſcriptis etiam carcerando, & carceratos detinendo: quo caſu ſi carcerati appellaverint, poteſt Iudex appellationis cognoſcere de prætenſo exceſſu in corrigendo: ſed interim non impeditur, aut ſuſpenditur executio eorum, quæ ab Ordinario ſunt decreta; ſed ſi Epiſcopus formato proceſſu, & ſervatis ſervandis procedat, non habet locum diſpoſitio Concil. *in d. c.* 10. *ſeſſ.* 24. *de reform.* ſed à † ſententia definitiva tantùm admittitur appellatio, quæ ſuſpendit iudicatum. Ita reſolvit Franc. Leo. *in theſauro fori Eccleſiaſt. part.* 2. *nu.* 77. & latè de hac materia vide Curiam Philip. *part.* 1. *§.* 7. *n.* 10. Suar. de Pace *in praxi tom.* 2. *part.* 5. *cap. unic. n.* 14. Armendar. *d. tit.* 6. *de viſit. n.* 104. *cum ſequentibus* Salgado *de protect Regia, p.* 2. *c.* 15. *n.* 61. me citato *in hoc loco*, noviſſimè Mendez à Caſtro *in praxi Luſit. p.* 2. *lib.* 2. *c.* 3. *n.* 34. *pag.* 45. Genuenſ. *d. c.* 21. *num.* 3. Gratian. *d. dec.* 188 *n.* 3. & 4. Ciarl. *d. c.* 65. *n.* 19 † Dabitur etiam appellatio, ſi Epiſcopus procedat in exéptos, ſeu aliàs privilegiatos, contra eorum privilegia, Marchel. *d. n.* 78. Aloyſ. Ricc. *de reſol.* 7. *num.* 3. *verſ. verum.* Gabr. Berart. *in ſpeculo viſit. ſecul. c.* 72 *n.* 67. 33 34

*n.*67.Salgado *d.c.*16.*n.*68.Mendez à Caſtro *d. c.*3.*n.* 34.*in fine, pag.*45.

35 Quando in viſitatione regulariter appellari contigerit ab Epiſcopo Suffraganeo, etiam tanquam Sedis Apoſtolicæ delegato, debet appellari ad Metropolitanum quoad devolutivam, non quoad ſuſpenſivam, ut deciſum referunt Zerola *in praxi Epiſc.p.*2. *verb. viſitat.*§.3. Piaſ.*in ſimili praxi, p.*2.*c.*3.*n.*61. Aloyſ. Ricc *in praxi aurea reſol.*449.*n.*2.*propè finem*, & reſolvunt Cochier.*de juriſd. Ordinar. in exemptos p.*2. *qu.*14.*n.*5.Thom.Valaſc.*alleg. juris tom.*1. *alleg.* 70.

36 *n.*5.*in fine*.Ratio eſt † propter dictionem illam,*etiam* quæ unum caſum exprimit, & alium includit, ut tenent plures à me citati *in remiſſion. de election. & clauſ. diction.* 95. utramque poteſtatem, ordinariam ſcilicet, & delegatam Epiſcopus habere dicitur,juxta notata per me *allegat.*92.

37 Sic etiam à mandato de reſidendo in viſitatione edito non datur appellatio ad effectum ſuſpenſivum ſed ad effectum devolutivum tantùm, prout deciſum refert Armendar. *dicto titulo* 6. *de viſitat. num.*2. & reſolvunt Marc.Anton. *var lib.*1.*reſol.* 85. *n.*10. & *reſol.*119.*n.*14.Aloyſ. Ricc. *in praxi fori Eccleſiaſtici reſolut.*476.*num.*6.*in fine,& in praxi aurea reſol.*7. *in fin.*

38 Epiſcopus viſitans ut ſuprà, procedendo ſine proceſſu,tanquam ſuſpectus recuſari non poteſt, niſi modum in viſitando exceſſerit, prout deciſum referunt Marc. Anton. Genuenſ. *iu praxi Archiepiſc.c.*21. noviſſimè me citato *in hoc loco*, Mendez à Caſtro *dict. part.*2.*lib.*2.*cap.*3.*n.* 35.*pag.*45. Piaſec. *loco proximè citato*,ubi etiam reſolvit, quod quando proceditur compilato proceſſu, recuſari poteſt ſi ſit ſuſpectus,& ab eo licitè appellatur appellatione non ſolum devolutiva, ſed etiam ſuſpenſiva, Genuenſ. *dict. cap.* 21. *n.*5.Gratian.*d.deciſ.*188.*num.*4.Ciarlin. *d.c.*65. *num.* 20.ubi citat me ipſum *in hoc loco*, noviſſimè Marcel. Vulpe *in praxi judic.fori Eccleſ. c.*25. *nu.* 17. Super quo reſcripſit S. D.Paulus Quintus felicis recordationis Epiſcopo Portugal. his verbis:*Venerabilis Frater. Salutem, & Apoſtolicam benedictionem Fraternitatis tuæ nomine nobis nuper expoſitum fuit, quod viſitationes, quæ in tua diœceſi in vim Decretorum Concilii Tridentini,& aliàs legitimè fiunt, ſæpius impediuntur, eo quia viſitati Prælatum, ſeu alium legitimè viſitantem ſuſpectum allegant in magnum divini cultus præſertim,& fabricæ Eccleſiarum præjudicium. Quamobrè nos hujuſmodi abuſum tollere volentes, ſupplicationibus tuo nomine ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, de conſilio venerabilium Fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, Sacri Concilii Tridentini Interpretum, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium declaramus, Epiſcopum,vel alium cui id legitimè competit, viſitantem non poſſe uti ſuſpectum recuſari, non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolis, cæteriſque in contrarium facientibus quibuſcunque. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris, die* 29. *Octobris* 1610. *Pontificatus noſtri anno ſexto.S.Cobellutius.* Venerabili Fratri Gondiſalvo Epiſcopo Portugalen. Refert,me non citato,Marcel. Vulpe *d.loco*, de qua declaratione me citato meminerunt Portel *part.*1.*caſu* 22. Laurent. de Peirinis *in formular.Regul. litt. R, cap.*2.*nu.*3. Antea quoque deciſum à *Sacra Congregat.*fuerat,Epiſcopum viſitationem aggredientem,atque etiam in præparatoria inquiſitione non poſſe ut ſuſpectum recuſari,neque probatione,vel allegatione ſuſpicionis impediri,quominus pœna extraordinaria, quæ morum correctionem, & emendationem reſpiciat,viſitatos afficere poſſit, prout refert Armendar.*d.tit.*6.*de viſitat.l.*5.§.2.*n.*8. *& n.*7. aſſerit hoc verum, dum tamen in ea proceſſum non compleat,& ſe intra viſitationis terminos contineat: & quod Epiſcopi in viſitatione non poſſint recuſari tenuit noviſſimè Conluſitanus noſter Gabriel Pereira *in tract. de Manu Regia cap.*7. *de cognit. violentiæ, num* 18.*tom.*1.ubi etiam dicit & exiſtimat vim non inferri à viſitatore, ſi recuſatus procedit ad ulteriora; limitat tamen quando ipſe viſitator ante viſitationem fuerat jam judicatus pro ſuſpecto,& quod etiam poſſit recuſari viſitator quando procedit compilato proceſſu, reſolvunt Salgado *de protect. Regia parte* 2. *c.*15.*n.*63. & Mendez à Caſtro *d.p.*2.*lib.*2. *c.*3.*n.*35. *pag* 45.

Nullum certum tempus præſcriptum eſt,intra quod 39
teneatur Epiſcopus viſitationem concludere,ſed arbitrio ipſius relinquitur, quod tamen debet eſſe diſcretum,& moderatum, referunt deciſum Aloyſ. Ricc. *in praxi fori Eccleſiaſt. deciſ.*717.*in* 1. *edit.& reſol.*768. *n.*1.*in* 2.*edit.*Armendar.*d.l.*7.*de Epiſcopis,n.*113. Poteſt tamen ipſe Epiſcopus præſtituere terminum Archidiacono ad viſitationem expediendam, & præſcribere comitatum, & equitatum, ne oneri ſit Eccleſiis, quas viſitaverit. Ita *Sacra Congregat.* cenſuit ut per Piaſec. *in praxi Epiſcop. p.*2.*c.*3.*de viſitat.quorumvis exemptorum, n.*62.*pag.*213.

Viſitatores debent, quantò citius poſſunt, ſe expe- 40
dire, ne gravent ſubditos ſuos expenſis, & ſtudeant quàm celerrimè debita cum diligentia viſitationem ipſam abſolvere,& ne ſe occupent aliis negotiis ad viſitationem non pertinentibus, prout tam juris divini, quàm humani auctoritatibus probat Zerola *in praxi Epiſcop.part.*1.*verb.viſitatio*, §.5.*ad finem verſic.præterea*,ſuper quod Concil.Bracarenſe IV. *act.*2.*cap.*5. ita cenſuit: *Viſitatores plures uno die Eccleſias,quam duas ne viſitent, niſi fortè ob tenuitatem, & vicinitatem, & ne tunc quidem plures uno die,quàm tres,ſic enim maturius, & diligentius viſitationis munus abſolvent quod nimia feſtinatione ſolet aliquando negligentius geri. Epiſcopi verò quot ipſi una die viſitare commodè poſſint, pro ſua providentia ſtatuant.* Deinde in prædicto Conc. *eadem act.*2.*c.*1.ſic habetur.*Vt autem expeditius hoc viſitationis ſalutari munere fungi poſſint,præcipit ſingulis Sancta Synodus,ut in ſuo equeſtri comitatu non plures,quàm octo comites habeant,eque numero includant neceſſarios etiam viſitationis miniſtros. Curabunt autem in primis,ut tam viſitationis adjutores,quàm familiares, & domeſtici nullam viſitatis moleſtiam exhibeant,ſed Chriſtianæ potius frugalitatis, & modeſtiæ exemplum præbeant.*

Vnde Cancellarius, Auditor Scriba; vel Notarius 41
Epiſcopi non poſſunt quicquam accipere à viſitatis pro ſcriptura proceſſus viſitationis, pro copia tamen actorum, ſeu decretorum viſitationis ab eis qui ea petunt,licitè competentem mercedem petere poſſunt. Navar.*conſ.*1.*de cenſibus in novis*,Piaſec. *in dict.praxi nova Epiſc.d.c.*3.*n.*63.*verſ neque Cancellarius*,quamvis Zerola *d.verb.viſitatio*,§.6.*dub.*4. aſſerat † Secre- 42
tarium,vel Scribam non poſſe aliquid recipere pro ſuis laboribus,ſcribendo,vel tranſcribendo,vel dando copiam ipſius viſitationis † Cujus viſitationis liber ple- 43
nam inducit probationem, quoad viſitationem perſonarum, Sacramentorum, & aliorum pertinentium ad officium viſitationis, prout deciſum refert Aloyſ. Ricc. *in praxi fori Eccleſiaſtici deciſ.*611. *in prima edit.& reſol.*535.*in* 2.*edit.* & reſolvunt Caputaq. *deciſ.*158.*p.*2.Pavin.*de viſitat.qu.*4.*num.*24. *&* 13. latè Mar.Anton.*var.reſol.lib.*1.*reſolut.*116. *à prineip.* ubi *n.*3.tenet in viſitationibus procedendum ſummariè, & de plano,ſine ſtrepitu, & figura judicii,ac ſine viſitandorum citatione,cum ſaltem virtualiter citati cenſeantur per edictum generale, quo monentur ad intereſſendum.

Eccleſiæ inferiores Epiſcopis & aliis viſitantibus moderatas procurationes ſolvere tenentur, juxta modum & qualitatem lute præfiniram† debent enim vel ratione viſitationis, ut *in cap. cùm ex officii* 16.

qc

de præscript. vers. eos igitur, & in cap. cùm venerabilis, vers. quia ergo, de censib. c. procuratione 23. *eodem tit. lib.* 6. Vel ex vi consuetudinis, aut alterius Iuris specialis, *cap. servitium, in princip.* 18. *q.* 2. *cap. scientes* 3. *de censib.* juncta reg. *c. ad Apostolicam* 42. *de simonia.* Vel tandem ex pacto legitimè celebrato, tempore scilicet fundationis, *cap. Eleutherius*, ibi, *tempore quo*, &c. 18. *q.* 2. *cap. præterea* 23. *vers. præsenti, de jurepatron. cap. quanto* 16. *ab ipso primordio*. & ibi, *procurationem Ecclesiasticam*, &c. *de censib.* qua autem ratione procuratio visitationi annexa fuerit statuta, examinant post Innoc. Abb. *num.* 5. *in dict. cap. procurationes*, Marian. *de Visitat. num.* 37. Pavin. *eodem tract. part.* 1. *q.* 9. *in princ.* Fusch. *in simili tract. lib.* 1. *c.* 1. *à n.* 14. & unico verbo S. Thom. 2. 2. *q.* 100. *art.* 3. *ad* 3. *in vers. licèt tamen.* Quorum alii in signum subjectionis, alii ut faciliùs Prælati inducantur ad visitandum, expendentes similitudinem de quotidianis distributionibus, quæ specialiter depurãtur Canonicis, ut ad interessentiam Divinorum invitentur, quamvis aliàs ad divina Officia teneantur, *c. unic. de clericis non resident. lib.* 6. Ita Abb. *d. n.* 5. & alii *ibidem.* Si verò proxima, & immediata ratio quæratur, illam esse certius duco, quam tedit *d. c. cùm ex officio, propè fin.* quia nemo cogitur suis stipendiis militare, & qui spiritualia seminat, &c. habetur ex D. Paulo 1. *ad Corinth.* 9. bonus text. *in c. si Episcopus* 6. ibi, *cùm secundum*, &c. *de officio Ordin. lib.* 6. *c. ultim.* ibi, *stipendia sanctis laboribus debita*, 1. *q.* 2. Ita in proposito S. Thom. & Pavin. *citatis locis.* Si tamen aliquis opponat quod hæc ratio videtur remota & generica, quippe quæ communis sit omnibus quorumcunque beneficiorum redditibus, quinimò omnibus illis, qui ad Clericalem Ordinem promoventur, *c. cùm secundùm* 16. *in princ. de præbend.* juncta reg. *c. ultim. de rescript. lib.* 6. Responderi poterit *primò* hanc rationem in individuo in materia visitationis, & procurationis reddi à Summo Pontif. quoad intentum, *in dict. c. cùm ex officii*, & *dict. c. si Episcopus*, & ideò neque de remota, vel generica notari posse, arguim. *c. ne innitaris, de constitut.* ex eo autem quod genericè cum aliis concludat, notari potest. Vel *secundò* responderi poterit explicando rationem illam, si dicas prudenter satis Prælatis visitantibus procurationem deputari, ut sic magis invitentur per seipsos personaliter visitare, cum aliter certò sciãt nihil procurationis se posse exigere, *d. c. si Episcopus, in fine*: insuper ne propter defectum hospitii à personali visitatione aliquatenus deterreantur, sicut experientia docet in illis, qui extra domos proprias d. vagari, vel commorari coguntur, quo casu boni spiritualis grave insurgeret detrimentum.

Utrùm autem si Prælatus pluries, quàm semel in anno visitaverit, plures possit in anno exigere procurationes? In quo duibo dicendum singulis annis à communiter accidentibus unicam visitationem, ac proinde unicam procurationem sufficere, *c. conquerente, de officio Ordin.* ibi, *visitationem annuam*, & ibi *non amplius*, &c. *c. relatum*, ibi, *per annum cidecernimus*, ibi *annuis vicibus*, & ibi, *per singulos annos*, 10. *q.* 1. Conc. Trident. *sess.* 24. *de reform. c.* 3. *in princ.* ibi, *quotannis*, Fusch. *lib.* 1. *c.* 2. *n.* 13. Rot. *decis.* 233. *n.* 2. Apud Farinac. *part.* 1. *recentior.* Nisi Episcopus data causa intellexerit oportere pluries visitare; *c. regenda*, ibi, *circumire, ut sibi visum fuerit*, 10. *quæst.* 1. *c. non semel, in princ.* 18. *quæst.* 2. *c. mandamus* 6. *versic. nisi fortè, de officio Archid.* quia tamen sese offerebat dubitatio circa procurationis exactionem, quasi consequens viderétur quod si pluries visitaret, plures quàm binas exigere posset procurationes, quod Ecclesiis oneratis maximè foret onerosum, occurrit *d. cap. cùm venerabilis, de censib.* decernendo ne Episcopus quamvis pluries visitet, plures possit quàm binas exigere, & ita restringit ad binas vices solummodò procurationis receptionem non autem exercitium visitationis.

Vtrum reddítus Ecclesiarum sint tántummodò obligati pro solutione procurationum, an verò laïci quoque contribuere teneantur. Pars quæ affirmat Ecclesias solummodò teneri, suadetur ex Iuribus, quibus procuratio Ecclesiis universitatis injungitur juxta earum facultates, laicorum verò nulla fit mentio, *d. c. conquerente*, ibi, *pensatis facultatibus earundem*, *cap.* 1. §. *deinde*, ibi, *à locis tantùm recipere visitatis, de censibus lib.* 6. *c. cùm Apostolus*, ibi. *facultatibus Ecclesiarum*, *c. sopita*, ibi, *secundùm facultates*, ubi *gloss. ultim. hoc tit.* observat in specie gloss. *verb. laicos, in dict. c.* 1. Host. & Monach. citati à Domin. *in d. c.* 1. *in princ.* Contrarium tamen defendit *gloss. ult. in cap. placuit.* 10. *q.* 1. *gloss. verb. subditos, in c. cavendum* 10. *q.* 3. Archid. Ioan. Andr. & Imol. quorum opinionem de Iure veriorem affirmat Dominic. *dict. num.* 9. Pro quibus efficaciter expenditur illud Pauli 1. *ad Corinth.* 9. *qui spiritualia seminat*, &c. & quia nemo cogitur suis stipendiis militare, habetur in proposito *in c. cùm ex officii* 16. *de præscript. c. si Episcopus* 6. *de officio Ordin. lib.* 6. Ergo cùm munus visitandi, & labor impensus æquè dirigatur, ab utrisque procuratio debebitur. Insuper expenditur, *d. c. cavendum*, ubi agitur de visitandis subditis, tam clericis quàm laicis, & solummodò prohibetur ne immoderatè, & cum scandalo aliquid procurationis nomine exigatur: facit *dict. c. placuit*, ibi; *alia die convocata plebe*, si intelligas cum *gloss. ult.* ibi; *de alia die tam in labore, quàm in mercede*; propter quæ hæc pars posterior in puncto Iuris verior est, quamvis consuetudo aliud receperit, ut Domini, & modò citati rectè agnoscunt. Iura autem pro adversariis adducta oppositam non probant, quia solùm evincunt pro ea parte, quia ab Ecclesiis visitatis procuratio solvenda est, illud commensurandum fore juxta Ecclesiarũ facultates. Illud etiam advertere oportet quod visitatoris assertioni quoad statum Ecclesiæ multum deferendum est, Rot. *decis.* 371. *num.* 2. *part.* 1. *recentior.* & dictum fuit, *in Mediolanensi decimarum*, 15. *Decembr.* 1618. coram *R. P. D. Martino Andrea*, & *in Ianuensi Parochialis*, 13. *Mart.* 1616. coram *Rev. Duran. Episcopo Urgellen.*

In visitatione præter procurationem ab Ecclesiis 44
Episcopus nihil muneris accipere potest, non tantùm ipse, sed nec etiam quisque suorum, sub pœna maledictionis, & interdicti ingressus Ecclesiæ, ac restituendi duplum infra mensem, & post mensem, non obstante remissione partium, *c.* 2. *prohibitionis, &c. exigit, de censibus lib.* 6. innovato à Concil. Trid. *sess* 24. *de reform. c.* 3. Surd. *de aliment. titul.* 1. *q* 64. *num.* 6. & *tit.* 4. *q.* 22. Azor. *inst. moral. p.* 2. *lib.* 3. *c.* 42. *quæs.* 9. Marc. Anton. Genuens. *in man Pastorum, c.* 35. *n.* 2. qua prohibitione non censetur sublatum Cathedraticum, quod singulis annis exigi solet ab Ordinario, tam in visitatione, quàm extra, prout decisum refert Armend *dict. lib.* 6. *de Episcopo. n.* 115. † Si consuetudo esset, ut Cõ- 45
munitates procurarent Episcopum visitantem, servanda est, quandiu voluerint, ipsi tamen cogendi non sunt si recusent: ita *Sacra Congr.* apud eundem Armend. *loco proximè citato n.* 122. Et si extat consuetudo, ut Episcopo diœcesim visitante, à laicis ei victualia ministrentur, Vicario autem visitante ab Ecclesiarum Rectoribus, servanda etiam est, dummodò in illa laici sponte perseverent, ut refert decisum idem Armend. *loco proximè citato, n.* 119.

Dum Episcopus visitat clerum civitatis, ubi sita est 46
Cathedra, procuratio illi nulla debetur, prout sæpiùs *Congregat.* respondisse refert Piasec. *in praxi nova Episcop. p.* 2. *c.* 3. *nu.* 65. Ali tamen debet à Rectore Ecclesiæ, etiamsi facta visitatione possit recipere se in domum suam, *c. venerabilis, de censibus*, Surd. *de alim. tit.* 4. *q.* 22. *n.* 9. Azor. *d. c.* 32. *quæs.* 4. Verùm post Conc. Trid.

Trident.*d.c.*3. per illa verba, *pro temporis tantum necessitate,& non ultra*, contrarium mihi videtur tenendum,quando Episcopus posset redire ad domum,quod tenet Marc.Anton.Genuens.*d.c.*35.*n.*9.quamvis Episcopum recipere posse procurationem,etiamsi Ecclesia Episcopatui contigua sit, & etiamsi domum suam ad prandium revertatur,teneat Paul.Salod.*in praxi visitat.p.*1.*c.*1.*vers.expedita,pag.*43.

47 Nec etiam Episcopo, vel alii visitatori procuratio debetur, si loca specialiter exempta à præstanda procuratione visitant,Piasec.*d.n.*65.Fr.Emman.*qq.Regul. tom.*2.*q.*63.*art.*7.*vers.*4. Azor.*d.c.*42.*quæs.*2. nam licèt Iure communi procuratio præscribi non posset, *cap.cùm ex officii,de præscript.*†Hodie tamen ex nova
48 dispositione Conc.Trid.*in d.c.*3.præscribitur,nec peti potest ubi illam non dandi viget consuetudo,Piasec.*in praxi nova Episcop.d.c.*3.*in fin.*Stephan.Grat.*discept. forens.c.*57.*n.*19. † Nullus autem semoto privilegio,
49 vel præscriptione,visitationem,aut procurationem ipsam remisisse videtur,etiamsi testatus fuerit se condemnare debita sibi obsequia,sive servitia,*c.cùm venerabilis,de censibus*,Boër.*decis.*133.*à n.*5.Azor.*d.c.*52.*qu.*11.*vers.potest quoque.*

Item nec Episcopus, aut alius visitator potest pro-
50 curationem accipere ab Hospitalibus,& aliis locis leprosorum,domorum Dei, pauperum & infirmorum, nec ab Ecclesia,quia debet gratis visitare. Ita resolvit Marc.Anton.Genuens.*d.c.*35.*n.*9.*vers. nonò*, & decisum referunt Piasec.*in d.praxi nova Episcop.loco proximè citato*,Zerola *in simili praxi,p.*2. *verb. visitatio*, §.6.*dub.*7 Franc.Leo *in thesauro fori Eccles.p.*2.*c.*16. *à num.*41.

Item nec à pauperibus clericis procurationem
51 exigere debet Episcopus,ita glossa.*verb. pragravari, in cap.cùm instantia,de censib.*Tiraq.*de nobilit.c.*29.*n.*43. nam † Episcopus visitando de proprio expendere te-
52 netur,quando Rector Ecclesiæ est pauper,& illa indiget,Surd.*d.tit.*4.*q.*22.*n.*6.me citato *in hoc loco*, Homobon.de Bonis *de examine Eccles. tract.*11.*c.*12. *q.*17.*resol.*2.

Hinc denique Episcopus exigens per villam,& op-
53 pida, ut Sacramentum Confirmationis tantùm conferat, à nemine est procurandus,prout *Sacram.Card. Congreg.* decidisse testis est Armend. *d.l.*7.*de Episc. n.*122.& resolvit Paul. Salod. *in praxi visit. p.*1. *c.*5. *in med.*

Munera itaque qualiacunquè, & quomodocumque
54 illi offerantur,recipere non potest Episcopus à visitatis ratione visitationis,ut innuit Concil. *in dict.cap.*3. nec etiam comestibilia, ut illa secum asportet prout ex Immol. & Anchar. *in Clement.* 2. *de censibus*, tenent Piasec. *in praxi nova Episc. dict.loco*, *num.* 73. Marc.Anton. Genuens. *dict.c.*35. *n.*7. ubi *n.*6. resolvit quòd † nec fragmenta notabilia ad domum portare
55 potest pro erogando pauperibus, sed tenetur illis distribuere,qui sunt in illo loco, quem visitat, & *nu.* 5. tenet quod Episcopus etiam finita visitatione, dum discedit à locis visitatis recipere non potest munera. Vnde visitator id, qnod per victum sibi necessarium contingebat,non potest in pecunia taxare, Zerol. *in*
56 *praxi Episcop.d.verb.visitatio*, §.6. *dub.*2. † Liberum tamen erit visitatis, si velint, pecunia redimere procurationem,& tunc visitator tenetur recipere in specie, qua fuerit oblata.ut resolvit Piasec.*d. cap.*3. *num.* 64. *in fine.*

Appellatione victualium expensarum comprehen-
57 duntur illæ,quæ consistunt in victu; non autem illæ, quæ concernunt alia necessaria personæ, ut ait Zerola *in praxi Episcop.verb.visitatio* §.6. *dub.*5. & solùm obligantur visitati providere procurationem, sive alimenta illius diei,quo visitat pro ipso,& suo moderato comitatu, Piasec.*in praxi nova,d.n.*64.*in princip.* Vecturas tamen, & ferraturas equorum præstare non tenentur, Zerola *d.verb visitatio*, §.6.*dub.* 3. Piasec. *dicto cap.*3. *num.*63. *in fine*, Marc. Anton. Genuens. *dict.cap.*35.*num.*9.*in fine*, & *num.* 10. Si visitator tamen sit Prælatus à Summo Pontifice delegatus, tunc ei debentur mercedes equorum, & viaticum, ut de loco ad locum transire commodè possit, gloss. *verb. si voluerit,in Clement.*2.*de censibus*, Azor. *dict. c.*42.*q.*8.

Observanda ab Episcopo visitare volentès ante & in ipso visitationis actu.

PRælatus, specialiter verò Episcopus diœcesim suam visitaturus,nonnulla priùs observare debet. *Primò* antequam diœcesim suam visitare incipiat, debet Synodum diœcesanam celebrare, ubi de corrigendis excessibus & moribus reformandis, & de Ecclesiarum necessitatibus agatur, ut demùm ea faciat in visitatione servari, & debitam transgressoribus pœnam imponat, ut colligitur ex *cap. sicut olim, de accus.*

Secundò debet adventum suum iis,quos visitare intendit,nunciare,nec eos imparatos invadere, nisi ex causa aliqua aliud videatur. Ioan. Andr. *in c. cùm sit Romana.de simon.* Specul. *tit.de inquisit.*§.*quando aliquid,vers.si verò aliquid.*Fulch.*de visitat.l.*1. *c.*4.*n.*4. ubi *n.*7.observat Rectores, præcipuè Curatos Cathedralium,Collegiatarum, Matricum, & Parochialium debere in ipsis Ecclesiis denunciare populo, ut tam Clerus,si adest,quàm populus,sub pœna excommunicationis conveniant omnes in die statuta, & habentes asinam,hoc est,sensualitatem,gravibus peccatis alligatam,veniant ad recipiendum judicium fori pœnitentialis,& absolutionem à casibus à Iure reservatis,à Patre,& Pastore,adducendo pullos,id est pueros ad suscipiendum sanctum Confirmationis Sacramentum,& & monita Patris & Pastoris.

Tertiò libros visitationum præteritarum, & prædecessorum suorum examinare ad informationem eorũ sumendam,quæ possint emendatione,aut supplemento indigere,argum.*c.in singulis*,§.*porrò*,*de statu Monach.*

Quartò duos saltem viros expertos in faciendis visitationibus adhibere, *d.c.singulis*, *Extravag. debent. de officio Ordin. inter communes.* Notarium quoque, & prædicatorem, ac pro Confessionibus audiendis Sacerdotem aliquem secum habere; personas autem inutiles,aut discolas, vel scandalosas, præsertim verò cum Monasteria visitat,non adducere.

Quintò librum Pontificalem secum deferre pro cæremoniis servandis circa ea, quæ in visitatione facienda contingunt,ut est Chrismate confirmare, consecrationes,vel benedictiones Ecclesiasticas facere,& similia. Propterea etiam vasculum Chrismatis cum oleo Catechumenorum,& infirmorum deferre debet, saltè ad vetus innovandum,si in aliqua Ecclesia inveniatur. Similiter vestimenta Sacerdotalia,& Pontificalia,& ea omnia quæ pro Missis, & Communionibus, & aliis divinis necessaria sunt,secum habere.

Sextò annulum suum signatorium, seu sigillum, & formulas juramentorum,& libros Canonum, & Ecclesiasticarum Constitutionum deferre,propter varias causas quæ contingere solent.

Cùm autem Episcopus ad visitationem accedit, est honorificè à Clero & populo loci suscipiendus, & ad Ecclesiam immediatè processionaliter ducendus, ubi tradito hyssopo cum aqua benedicta ante Altare majus Prælatus genuflexus facit Orationem,& cantatur Antiphona, *Sacerdos & Pontifex, & virtutum opifex, Pastor bone in populo sic placuisti Domino intercedas pro nobis, vers. Ecce vir prudens. Resp. Qui ædificavit domum supra firmam petram*; deinde dicitur Oratio, *Deus humilium visitator*, ut in Pontificali,

refert

refert Fusch. *d. cap.4. n.10.* Proponet verò Episcopus populo sui causas adventus, propter quas scilicet fit visitatio, nempe ad sacrorum Canonum observationem, & animarum salutem, quæ explicat Fusch. *d. cap.4. num. 11. cum seqq.*

64 *Primò* videat quomodo Ecclesia spiritualiter & temporaliter regatur, per ea quæ habentur *in cap. placuit, 10. q. 1.*

65 *Secundò* ad delicta, & excessus puniendos, & corrigendos delinquentes, & ad tollendos abusus, *cap. venerabilis,* ubi *gloss. fin. de censib. cap. 1. §. sanè, eodem tit. in 6.*

66 *Tertiò* ad absolvendos pœnitentes in casibus sibi specialiter reservatis.

67 *Quartò* ad preces in cœmeterio fundendas pro animabus defunctorum, qui ibidem requiescunt.

68 *Quintò* ad confirmationis Sacramentum conferendum, Fusch. *d. cap.4. num. 12.*

69 *Sextò* ad populum in doctrina Christiana docendum, & monendum, ut pœnitentiam agat, *cap. cavendum 10. q. 3.* homicidia, adulteria, perjuria, falsum testimonium, & alia peccata mortifera fugiant, & novissima sua quandoque recogitent, & alia his similia, ut monet Brachar. Concil. III. quod habetur *in d. cap. placuit, 10. q. 1.*

70 Præcipuus autem visitationum omnium scopus sit sanam, & Orthodoxam doctrinam expulsis hæresibus introducere, bonos mores tueri, pravosque corrigere, & populum cohortationibus, & admonitionibus ad Religionem, pacem, innocentiá nque accendere, ut dicit Concil. Trident. *sess. 34. de reform. cap. 3.*

71 Absolutis verò precibus defunctorum, & Chrismatis unctione peracta, & aliis, quæ præmisimus, deveniendum est ad actum visitationis, & primò visitari solet Ecclesia; secundò Sacrarium; tertiò domus Rectoris, vel Prælati, aut Monasterium; quarta examinatur Rector, aut Prælatus; quintò laïci & personæ eidem Ecclesiæ sub litæ interrogantur; ultimò fiunt debitæ executiones.

72 Circa primum, Ecclesiam visitans quærit an sanctissimum Altaris Sacramentum loco debito, honorifico, ac mundo sub fideli clavium custodia conservetur, & lumen coram illo perpetuò ardeat, ut *in tit. de custodia Ecclesiastica,* explicat Fusch. *de visitat. lib. 1. cap. 5.* Si Ecclesia est baptismalis, an fons aquæ congruè conservetur, & alia similia ad Baptismum conferendum necessaria, *cap. placuit, 10. q. 1.* de quibus agit Fusch. *d. lib. 1. cap. 7.* Altaria quoque quomodo sint ornata, & quemadmodum reditus eorum dispensentur, ac debita in eis officia persolvantur. Fusch. *eod. lib. 1. cap. 21. & 22.* Si imagines sint decenter & congruè secundum morem Ecclesiæ, & si in loco congruo sint sitæ? Fusch. *eodem lib. 1. cap. 9.* ita & Sanctorum Reliquiæ, Fusch. *eodem lib. 1. cap. 8.*

73 Sacrorum verò custodiam visitans perquirit, an vasa sacra ex debita sint materia, & mundè ac decenter serventur, sicut oleum quoque infirmorum, & Chrisma? de quo Fusch. *eodem lib. 1. cap. 6.* Corporalia quoque & sacra linteamina, ac pallæ Altaris, vestes sacræ, & alia hujusmodi, si munda, integra, & non consumpta habeantur, & conserventur, *cap. fin. de custodia Euchar.*

74 In visitanda autem domo Ecclesiæ scrutatur visitans ante omnia, quæ pertinent ad animarum Rectorem, aut Ecclesiasticam personam, in qua habetur, si libri sacrorum Canonum, & Ecclesiasticarum Constitutionum, sanctorum Patrum homiliæ, & casuum Conscientiæ, & Catechismi, atque Sacerdotalis officij libri in ea sint, & alia quæ & Christianum decent & Ecclesiæ Rectorem. Contra verò si in ea sint aliqua quæ non decent, libri profani, & improbatæ lectionis, atque interdicti, turpes imagines, vel picturæ, & familiares dyscoli, suspecti, & alia his similia.

75 Rectorem verò Ecclesiæ, vel Curatum interrogans perquirit quomodo ea, quæ sunt officij sui, diligenter exequatur, & ut Sacramenta administret, animarum saluti studeat, & divina Officia, & Sacrificia peragat, quomodo etiam honestè, & exemplariter vivat. Præterea circa mores & vitam subditorum suorum interrogat, an in eo loco sint aliqui hæretici, aut saltem suspecti; & si qui sint, qui statutis à Jure temporibus peccata sua non confiteantur, vel communicent; si qui concubinarij, malefici, perjuri, blasphemi, rixosi, atque discordes, præsertim inter conjugatos, & si quos Matrimonia illegitima constet contraxisse: si superstitiones sint, & abusus in his, quæ Religionem pertinent, in quibus, & aliis similibus procedit visitator, ut infrà dicemus, & monet Rectorem, vel Curatum, ut in rebus hujusmodi diligentiam & curam adhibeat.

76 Interrogat deinceps loci incolas, atque laïcos de vita, & moribus Rectoris, vel Curati, ac de ejus in administrando diligentia. Perquirit etiam si ipsi bona, vel redditus Ecclesiarum, aut piorum locorum administrent, & si scripturas, & computa diligenter conservent, eorum rationes reddituum, & expensarum exigit, eosque monet ne sumptibus necessariis Ecclesiæ, aut pio loco desint, & ne res Ecclesiæ dissipent? De ipsorum quoque vita, & moribus eosdem examinat, & si secundùm præcepta Christi, & Ecclesiæ vivunt, si dies festos observant, si decimas, vel primitias secundum loci consuetudinem solvunt, si filiorum suorum curam ac diligentiam agunt, & si in vita, doctrina, ac pietate Christiana eos instruunt, & alia hujusmodi.

77 Monasteria autem virorum vel mulierum visitans, attendit primò ne ipsemet sæculares extra necessitatem, præsertim in Monasteria Monialium introducat, *c. ut juxta, de offic. Ordin.* permittitur tamen ei duos Notarios, & duas personas Ecclesiasticas, & quatuor alios viros honestos, & maturos secum habere, *Clem. attendentes, de statu monach.* In visitando autem prohibet ne fœminæ virorum Monasteria, nec viri mulierum ingrediantur, aut eas absque superioris licentia alloquantur. Perquirit de diligentia Præpositorum, aut Priorum, & de vita, & moribus singulorum, de regularum suarum observatione, ac de iis, quæ in Monasterio emendatione indigent & correctione. Visitat autem cellas singulorum, & prohibet ne libros profanos, vel interdictos, aut ornamenta quædam sæcularia, vel alia quæ dedecent Religiosos, retineant. Picturas quoque lascivas, vel profanas præsertim Monialibus interdicit.

78 Hospitalia, & alia loca pia visitans attendit, ut institutum legitimè servetur, reditus benè dispensentur, & administratores reddant fideliter rationes.

79 Denique visitans si quos criminosos invenerit, corrigit singulos pro qualitate delicti, potest enim Episcopus visitans etiam contra laïcos de quocunque crimine inquirere, & notarios criminosos per seipsum corrigere, non tamen ut Judex in omnibus, sed ut Pastor, quia ubi ad pœnam ordinariam deveniendum esset, non indistinctè potest procedere Episcopus, quia fructus visitationis est potiùs commendatio quàm punitio, ut notatur *in cap. inquisitionibus, de accus.*

ALLEGATIO LXXIV.

Epiſcopus quando jus habeat viſitandi exemptos?

SUMMARIUM.

1 *Viſitare poteſt Epiſcopus tanquam Sedis Apoſtol. delegatus exempta loca Summo Pont. immediatè ſubjecta.*

2 *Exempta loca ab Epiſcopi juriſdictione, ſed alteri Prælato ſubjecta, Epiſcopus non viſitat, ſed ipſe Prælatus.*

3 *Viſitare poteſt Epiſcopus quoſcunque Clericos exemptos, Protonotarios, &c. ratione beneficiorum in ſua diœceſi exiſtentium.*

4 *Epiſcopus non poteſt extra viſitationem clericos à ſe exemptos corrigere, aut punire.*

5 *Viſitari poteſt ab Epiſcopo proximiori Eccleſia ſæcularis nullius Diœceſis.*

6 *Exemptio à viſitatione non comprehenditur ſub generali conceſſione exemptionum.*

7 *Viſitandi parochiales Eccleſias nullius diœceſis proximior Epiſcopus facultatem habens, habet etiam auctoritatem emendandi, corrigendi, & puniendi tam in capita, quàm in membra.*

8 *Vicarius à Capitulo Sede vacante, uti proximior non habet poteſtatem viſitandi Eccleſias ſæculares nullius diœceſis.*

9 *Beneficia exempta viſitant Epiſcopi tanquam delegati Sedis Apoſt. in qua juriſdictione cum ſit delegata, non ſuccedit Capitulum.*

10 *Prælati inferiores habentes juriſdictionem quaſi Epiſcopalem uti proximiores Eccleſias ſæculares exemptas non viſitant.*

11 *Viſitandi jus habet Epiſcopus in omnibus Eccleſiis intra fines ſuæ diœceſis exiſtentibus.*

12 *Viſitare poteſt Epiſcopus omnes Parochiales ſuæ diœceſis, in quibus ſunt Sacerdotes ſæculares, licèt Eccleſiæ ſint Regularibus ſubjectæ.*

13 *Epiſcopus per ſeipſum Eccleſias exemptas viſitare poteſt, licet inferioribus Prælatis ſint ſubjectæ.*

14 *Viſitare poteſt Epiſcopus Eccleſias curatas unitas Monaſterio, & ponere in eos Vicarios perpetuos, ſive temporales, quamvis uniantur Monaſterio exempto aliena diœceſis, vel alij quod ſit Ordinis caput.*

15 *Monaſteria commendata, in quibus non viget regularis obſervantia, quamvis exempta, Epiſcopus etiam tanquam Sedis Apoſt. delegatus ſingulis annis viſitat.*

16 *Epiſcopus in Monaſteriis commendatis, ubi Regularis obſervantia viget, debet coram ſuperiore monere, ut ipſi viſitent, & corrigenda corrigant.*

17 *Monaſteria, quæ generalibus Capitulis non ſubſunt, nec ſuos habent viſitatores Regulares ſi monita in congregationes ſeſe non receperint, in omnibus Epiſcopi juriſdictioni ſubjecta ſunt.*

18 *Viſitari debent ab Epiſcopo Monaſteria quævis, ſeu Eccleſiæ Regularium curam animarum annexam habentes quoad ipſam curam.*

19 *Examinare, & viſitare poteſt Epiſcopus quoſcunque Canonicos & dignitates, & alios Clericos exemptos, & non exemptos ad curam animarum exercendam conſtitutos, quoad eorum inhabilitatem.*

20 *Regulares ſubjiciuntur Epiſcopis independentibus a cura animarum.*

21 *Regularis Parochus delinquens extra Sacramentorum adminiſtrationem, & curam animarum, non ab Epiſcopo, ſed à ſuis ſuperioribus punitur.*

22 *Regularium Monaſteria quoties Epiſcopo viſitandi facultas conceditur, ſi dum ingredi vult ob cauſam viſitationis, fores claudantur, ei licet vim inferre, ac eas frangere.*

23 *Epiſcopi incumbentes correctioni, & viſitationi exemptorum tanquam Sedis Apoſtol. delegati, poſſunt contra Conſervatores impedientes procedere.*

24 *Curam animarum in Regularium Eccleſiis exercentes, ſive ſæculares, ſive Regulares ſint, ad arbitrium ipſorum Regularium poni debent, niſi quod examinari & approbari priùs debent ab Epiſcopis.*

25 *Deputati in Eccleſiis Regularium ad curam animarum ad ſynodum venire debent.*

26 *Eccleſiæ militum S. Joannis Hieroſolymitani, quibus cura animarum incumbit, in concernentibus ipſam curam Ordinario ſunt ſubjectæ.*

27 *Prioratus militum Hieroſolymitanorum Ordinarij viſitare non poſſunt.*

28 *Subcollectores non poſſunt viſitari, nec corrigi ab Epiſcopo.*

29 *Referendarij ratione beneficiorum, quæ habent in partibus, ſubſunt locorum Ordinariis.*

30 *Protonotarij primi ſunt, & Notariorum principes dicuntur.*

31 *Protonotarij à juriſdictione Ordinarij ſunt exempti.*

32 *Beneficia vacantia per obitum Pronotariorum participantium, & non participantium, ſunt Sedi Apoſt. reſervata.*

33 *Protonotariatûs dignitas ad effectum reſervationis acquiritur etiam ignoranti.*

34 *Protonotarij ſive ſint creati à Papa, ſive à legato, ſunt comprehenſi* in Extravag. Ad regimen, de præbend.

EXEMPTA loca Summo Pontif. immediatè ſubjecta Epiſcopus tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatus viſitat, ut habetur in Concil. Trident. *ſeſſ. 21. de reform. c. 8.* Cardinal. *in Clem. attendentes, q. 6. & 7. de ſtatu monach.* Paul. Fulch. *de viſitat. lib. 2. c. 8.* Aloyſ. Ricc. *in collect. dec. 396. part. 5. collect. 1591.* Rot. apud Farinac. *deciſ. 396. part. 1. recent.* Fr. Emman. *quæſt. Regul. tom. 1. q. 36. art. 3.* Cochier *de juriſdictione Ordinarij in exemptos, part. 2. q. 4. num. 11. & part. 4. q. 23. num. 2.* Alphonſ. Villadiego *in ſpeculo viſitationum, fol. 32. n. 7.* † Quando verò non tantùm exempta ſunt ab ejus juriſdictione, ſed ſubjecta alteri alicui Prælato, Epiſcopus non viſitabit, nec de jure delegato, nec ordinario, ſed ipſe Prælatus, cui immediatè ſubjecta ſunt, prout reſolvit idem Cochier *d. q. 29. num. 3.* me citato *in hoc loco*, Mendez. de Caſtro *in praxi Luſitana, part. 2. lib. 2. cap. 3. num. 31. in princ.* 1

Poteſt etiam Epiſcopus viſitare quoſcunque Clericos ſæculares, exemptos, Protonotarios Apoſtolicos, Capellanos Regios, Acolytatus Comitis Palatini, ſeu alicujus Militiæ, vel Hoſpitalis titulis inſignitos, dummodò actu militiæ, ſeu Hoſpitali, cui adſcripti ſunt, non inſerviant: item & reſidentes in Curia Romana, & familiares Cardinalium ratione beneficiorum in ſua diœceſi exiſtentium, ut probat Concil. Trident. *ſeſſ. 24. de reform. c. 11.* De cujus materia aliqua tradunt Franciſc. Leo *in theſauro fori Eccleſ. p. 2. c. 2. num. 78.* Fr. Emman. *qq. Regul. tom. 2. q. 108. art. 3.* Flamin. *de reſign. lib. 3. q. 11. n. 5.* Zerola *in praxi Epiſc. p. 1. verb. Referendarij.* † Et ſi reſideant, etiam in perſona in 3
cauſis delictorum, & correctionis morum, ab eodem Diœceſano, ſive in viſitatione, ſive extra viſitationem 4
puniri

puniri possunt, ut disponit idem Concil. *sess.* 14. *de reform. cap.* 4. Sed non posse Episcopum virtute *d. cap.* 4. extra visitationem corrigere, & punire clericos sæculares exemptos, & alteri inferiori Ordinario sæculari intra diœcesim existenti subjectos, approbavit summus Pontifex, teste Armendar. *in addit. ad recopilat. legum Navarræ, lib.* 1. *tit.* 6. *l.* 5. §. 2. *num.* 9. qui text. *in d. cap.* 4. non derogat consuetudini immemoriali, ut asserit Seraphin. *Rotæ Romanæ decis.* 417. *num.* 7. nec corrigit textum *in Extravag. cùm Matthæus* 3. *de hæretic. inter commun.* ex Cenedo *ad Clement. collect.* 14. *num.* 9. *cum seqq.*

Ecclesias sæculares nullius Diœcesis, quantumcunque exemptas, & Sedi Apostolicæ immediatè subjectas, earúmque Prælatum sæcularem in eas jurisdictionem quasi Episcopalem habentem, posse ab Episcopo, cujus Cathedralis Ecclesia est proximior, visitari vigore Concilij *cap.* 9. *sess.* 24. *de reform.* decisum referunt Armendar. *d. loco, num.* 13. & Zerola *in praxi Episc. p.* 1. *verb. visitatio,* §. 11. Rota *decis.* 501. *num.* 5. *in princip. p.* 2. *recentior.* ubi subdit fallere hanc resolutionem quando locus nullius est in aliqua diœcesi; quia tunc visitatio spectat ad Ordinarium, in cujus diœcesi est locus nullius. Et tunc nullo modo exempti possunt fugere visitationem vicinioris Episcopi, ut Rota Romana apud Farinac. *decis.* 396. *part.* 1. *recent.* quia † exemptio à visitatione non comprehenditur sub generali concessione exemptionum. Rota *decis.* 186. *num.* 2. *part.* 2. *divers.* Cochier. *de jurisdict. Ordin. p.* 2. *q.* 45. *num* 12. † & hujusmodi Episcopus proximior habens facultatem visitandi Ecclesiam Parochialem nullius diœcesis, habet etiam facultatem emendandi, corrigendi, & puniendi tam in capita, quàm in membra ex quavis causa, prout *Sacram Congregationem* censuisse attestatur Franciscus Leo *in thesauro fori Eccl. part.* 2. *cap.* 2. *n.* 74. *in fin.* Et † potestas hæc non transit in Vicarium à Capitulo sede vacante constitutum, ut asserit Franciscus Leo *in d. thesauro, part.* 1. *c.* 10. *n.* 8. *vers.* 10. & resolvit Aloys. Ricc. *in praxi aurea, resol.* 118. *n.* 4. quia † beneficia exempta visitant Episcopi tanquam delegati Sedis Apostolicæ. Trident, *d. cap.* 9. me citato *in hoc loco*, Alzed. *d. p.* 2. *c.* 2. *n.* 51. & in jurisdictione delegata Episcopo non succedit Capitulum Sede vacante, juxta citata per Aloys. Ricc. *d. loco, num.* 2. † Nec procedit in Prælatis inferioribus habentibus jurisdictionem quasi Episcopalem, ex Flor. de Mena *var. lib.* 3. *q.* 24. *num.* 24. Quando verò in aliqua diœcesi, est locus nullius, visitationem spectare ad Ordinarium, censuit *Sacra Congregatio*, ut attestatur Rot. *decis.* 501. *num.* 5. apud Farinac. *part.* 2. *recent.*

Episcopus in omnibus Ecclesiis existentibus intra fines suæ diœcesis habet jus visitandi, non obstantibus quibuscunque privilegiis, ut censuit Rota Roman. apud Farinac. *decis.* 396. *p.* 3. *recent.* per text. *in c.* 8. *sess.* 7. *de reform.* de cujus materia vide Fr. Emm. *q. Regularium, tom.* 1. *q.* 36. *art.* 3. Zerol. *in praxi Episcop. p.* 1. *vers. visitatio, & p.* 2. *verb. exemptus,* Azor. *instit. moralium, p.* 2. *lib.* 3. *c.* 40. *col.* 216. Aloys. Ricc. *in collect. decis. part.* 5. *collect.* 1591. & censuit *Sacra Congregat.* illum † posse visitare omnes Ecclesias Parochiales suæ diœcesis, in quibus sunt Sacerdotes sæculares, licèt Ecclesiæ sint regularibus subjectæ, sive etiamsi sint Ecclesiæ Regularium, quando tamen cura exercetur per clericos sæculares refert Armendar. *d. loco, num.* 88. & etiam Monasteria prætenderent habere jurisdictionem spiritualem immutabilem in locis, ubi dictæ Ecclesiæ sunt unitæ, ex eodem Armendar. *n.* 89. Secus tamen in Ecclesiis ubi à Regularibus inservitur, nam *cap.* 11. *sess.* 25. *de Regular.* ubi excipiunt Abbates generales, limitatur, nisi per regulares inserviant, ex eodem Armendar. *d. loco; num.* 91.

† Item poterit visitare Ecclesias exemptas, sed tunc per seipsum tantum, refert decisum Armendar. *dict. loco, num.* 144. quamvis inferioribus Prælatis sint subjectæ, Armendar. *num.* 86.

Ecclesias Curatas unitas Monasteriis potest Episco- 14
pus Ordinarius loci visitare, & ponere in eis Vicarios perpetuos, sive temporaneos, prout ei expedire videbitur, refert decisum Armend. *d. loco; numer.* 85. etiamsi hujusmodi beneficium, aut Parochia uniatur Monasterio exempto, etiam alienæ diœcesis, tunc quoque visitatur ab Episcopo loci, ut tenent Henriq. *in sum. lib.* 7. *c.* 14. §. 4. *litt. I*, sicut etiam visitantur Parochiales Ecclesiæ unitæ Monasteriis, etiamsi quæ sunt capita Ordinum, Armend. *d. loco, num.* 95.

Commendata Monasteria, etiam Abbatiæ, Prio- 15
ratus, & Præposituræ nuncupatæ, in quibus non viget regularis observantia, necnon beneficia tam Curata, quàm non Curata, sæcularia, & Regularia, qualitercunque commendata, quamvis exempta, ab Episcopis etiam tanquam Apostolicæ Sedis delegatis annis singulis visitentur, curéntque iidem Episcopi congruentibus remediis, etiam per sequestrationem fructuum; ut quæ renovatione indigent, aut restauratione, reficiantur, & cura animarum, si quæ illis, vel eorum annexis immineat, aliáque debita obsequia rectè exerceantur, appellationibus, quibuscunque privilegiis, consuetudinibus, etiam immemorabili tempore præscriptis, conservatoriis, judicum deputationibus, & eorum inhibitionibus non obstantibus, juxta Concil. Trid. *decretum sess.* 21. *de reform. c.* 8. & *sess.* 25. *de Regul. c.* 11. refert Armend. *d. loco, num.* 99.

Quando verò in eis viget observantia Regularis, 16
monere debet Episcopus eorum Superiores, ut visitent, & corrigenda corrigant, qui si intra sex menses visitare neglexerint, Episcopus ipse visitare posset, & corrigere, nullo privilegio, aut appellatione obstante, juxta Concilij decretum *d. c.* 8. *sess.* 21. Campan. *rub.* 12. *c.* 13. *n.* 50. Aliter enim Episcopus non debet se intromittere in Monasteriis, in quibus viget Regularis observantia. Armend. *d. loco, n.* 99. novissimè me citato *in hoc loc.* Navar. *in lucerna Regul. verb. Episcopus quoad Regul. n.* 35. Poterit tamen visitare illa Monasteria commendata, perpetuò unita aliis Ecclesiis, vel piis locis, etiamsi ipsa loca sint sub regulari protectione, Armendar. *d. n.* 100. Similiter † Monasteria, quæ generali- 18
bus Capitulis non subsunt, nec suos habent visitatores Regulares, si monita in Congregationes sese non redegerint, in omnibus Episcopi jurisdictioni subjecta sunt, idem Concil. *sess.* 25. *de Regularib. cap.* 8.

Monasteria quævis, seu Ecclesiæ, locáve Regularium 19
curam animarum annexam habentia, quoad ipsam curam visitari debent ab Episcopo: item & personæ hujusmodi curam exercentes, sive sint sæculares, sive Regulares, subsunt immediatè in iis, quæ ad dictam curam, & Sacramentorum administrationem pertinent, jurisdictioni, visitationi, & correctioni Episcopi, in cujus diœcesi sunt sita Monasteria, juxta Concil. Trid. *sess.* 25. *de Regular. c.* 11. De cujus materia latè tractant Fr. Emmanuel *qq. Regul. tom.* 1. *q.* 36. *art.* 4. Piasec. *in praxi nova Episc. p.* 2. *c.* 3. *num.* 46. Franc. Leo *in praxi fori Ecclesiastici, p.* 2. *c.* 18. *n.* 105. Aloys. Ricc. *in praxi fori Ecclesiastici, dec.* 76. *in* 1. *edit. & resol.* 513. *in* 2. *edit. & dec.* 608. *in* 1. *edit. & resol.* 532. *in* 2. *edit.* Marius Anton. *variar. resol. lib.* 1. *resol.* 17. *n.* 3. Campan. *in divers. Juris Canonici, rubr.* 12. *c.* 13. *n.* 51. *cum sequent.* Aloys. Ricc. *in praxi aurea, resol.* 176. me citato *in hoc loco,* Mendez a Castro *in praxi Lusitan. p.* 2. *lib.* 2. *c.* 3 *n.* 31. *vers. nec etiam Ecclesias.* Non quidem ut Ecclesia; vel Sacristia reficiatur, sed in his in quibus dumtaxat habent jurisdictionem respectu curæ animarum, & Sacramentorum administrationis, ut Calices, & decentia paramenta ad decorem administrationis Sacramentorum provideantur, prout decisum referunt Franc. Leo *in thesauro fori Ecclesiast. p.* 2. *cap.* 31. *n.* 3.

Campa

Campanil. *in diverſ. Juris Canon. rubr.* 12. *c.* 13. *n.* 49. Et ita ad Epiſcopum pertinet hæc poteſtas viſitandi Monaſteria, tam Regularia, quàm ſæcularia, circa ipſorum curam & Sacramentorum adminiſtrationem, ut nulli etiam ad nutum amovibiles poſſint deputari, niſi de Epiſcoporum Ordinariorum conſenſu, & prævio per eum, & ejus Vicarium, & Examinatores ſynodales examine: refert Franciſc. Leo *in theſauro fori Eccleſiaſtici, part.* 1. *cap.* 9. *num.* 20. ubi etiam notat quod Clemens VIII. mandavit ita ſervari hoc decretum, excipiendo aliqua Monaſteria, & capita Ordinum, non obſtante Conſtitutione Pij V. quia voluit, ut in omnibus Eccleſiis Parochialibus, in quibus cura animarum, etiam laïcorum exercetur, habeant Ordinarij facultatem ejus Eccleſias, & perſonas viſitandi, ac corrigendi.

19 Et quod Epiſcopus quoſcunque Canonicos, & Dignitates, & alios clericos exemptos, & non exemptos, ad curam animarum exercendam conſtitutos, quoad inhabilitatem eorum, non obſtante quocumque privilegio, aut conſuetudine in contrarium, examinare, & viſitare poſſint, conſuluit Navarr. *conſ.* 4. *de tempor. ordin. in antiq.* aliàs 8. *de privileg. in novis*, & Sayr. *in floribus deciſ. tit. de tempor. ordin. deciſ.* 5. me citato *in hoc loco*, D. Larrea *Granat. deciſ.* 98. *numer.* 64. *tom.* 1.

20 In dependentibus etiam à cura animarum habent iidem Epiſcopi auctoritatem ſuper Regulares, ut ait Marius Antonin. *var. reſol. lib.* 1. *reſol.* 112. *caſu* 50. *propè fin.* quem refert, & ſequitur Campanil. *d. c.* 13. *num.* 51. Seraphin. *deciſ.* 1067. *num.* 1. & 2. ubi quod Epiſcopus viſitat Eccleſiam Monachorum, in qua cura animarum exercetur, & perſonas eam exercentes, non obſtante quacunque exemptione, noviſſimè me citato *in hoc loco*, Tamburin. *de jure Abbatiſſ. diſputat.* 17. *quæſt.* 3. *num.* 3. *in fine*, & Joan. de Solorzano *de Jure Indiarum, tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 17. *à n.* 52. Et in terminis Regularium doctrinas Indorum habentium, Fr. Emman. *d. quæſt.* 36. *art.* 3. & 4. & *tom.* 2. *quæſt.* 64. *art.* 1. Miranda *in Man. Pralat. q.* 42. *art.* 1. *cum ſequentib.* Felician. à Vega *ad cap. caterùm* 5. *de judic. num.* 36. Et quodammodò venit in conſequentiam perſonarum, ut inquiratur quomodo conſervetur Sanctiſſimum Sacramentum, & Eccleſiaſtica ornamenta, ut per *Sacram Congregationem* deciſum fuiſſe
21 refert Seraphin. *deciſ.* 1067. *in fine.* † Parochus tamen Regularis delinquens extra Sacramentorum adminiſtrationem, & curam animarum, non ab Epiſcopo, ſed à ſuis Superioribus punitur, prout referunt deciſum Galet. *in margarita caſuum conſcientiæ, verb. Parochus* 3. Aloyſ. Ricc. *d. reſolut.* 513. *num.* 2. & *reſolut.* 532. Quando verò conſtaret de aliqua præſcriptione, vel exemptione, non poteſt Epiſcopus viſitare, aliàs ſi de præſcriptione non appareret, manutenendus eſt Epiſcopus, cum habeat Juris communis aſſiſtentiam, ut fuit in Rota reſolutum *in una Valentina de Xativa*, 3. *Januarij* 1590. coram *Bubalo*, prout refert Aloyſ. Ricc. *d. reſol.* 532. *num.* 4. *verſ.* & *primò.*

22 Quotieſcunque Epiſcopis licet viſitare Monaſterium Regularium, aut alia exempta, ſi dum ipſi ingredi volunt Monaſteria ipſa ob cauſam prædictæ viſitationis, renuant Regulares illos intromittere, oſtia claudendo, Epiſcopis fas erit vim inferre, & oſtia frangere, ut reſolvunt Innoc. *in c.* 1. *verſic. item alia ratione*, ubi Abb. *num.* 5. *verſ. ſecundùm verò, de immunit. Eccleſiarum*, Idem Innoc. *in c. venerabili, n.* 4. *de cenſibus*, Fuſchus *de viſit. lib.* 2. *cap.* 19. poſt *n.* 1. Tamburin. *diſput.* 17. *quæſt.* 3. *num.* 4. *in princ.* refert & ſequitur Campanil. *d. cap.* 13. *num.* 42. ubi *n.* 53. reſolvit poſſe Epiſcopum viſitationem impedientes excommunicare, etiam non adhibitis monitionibus, in ipſo actu manifeſtæ violentiæ ſibi illatæ pro defenſione ſuorum jurium, de quo etiam Marcus Anton. Genuenſ. *in praxi Archiepiſcopali Neapolitana, c.* 18. & Ciarlin. *controverſ. forenſ. lib.* 1. *cap.* 65. *num.* 11. & 12. ubi citat meipſum *in hoc loco*, Tamburin. *d. quæſt.* 3. *n.* 4. *verſ. imò.* † Poſſunt etiam Epiſcopi incumbentes cor- 23
rectioni, & viſitationi exemptorum, vigore facultatis eis tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatis à Concilio tributæ, procedere contra conſervatores impedientes, præſertim ſi illi extra diœceſim commorentur, Armendar. *lib.* 1. *tit.* 18. *l.* 7. *num.* 75.

Qui dictam curam exercent, ſive ſæculares, ſive 24
Regulares ſint, poni debent ad arbitrium ipſorum Regularium, non autem ad arbitrium Epiſcopi, niſi quod examinari, & approbari prius debent ab Epiſcopo antequam ponantur, prout declaratum fuiſſe referunt Piaſec. *in praxi nova Epiſcop. d. cap.* 3. *n.* 46. Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell. gloſſ.* 5. §. 3. *n.* 34. Si tamen in deputando ipſi Superiores Regulares negligentes eſſent, vel non deputarent tot perſonas quot ad exercitium ipſius curæ ſufficerent, ab Epiſcopo compelli poſſent, ut deputent: quod etiam fuiſſe declaratum referunt Piaſec. *ubi proximè*, & Confectius *in compend. privileg. tit.* 5. *c.* 4. † Iidem deputati ad curam 25
animarum in Eccleſiis Regularium ad Synodum Epiſcopi venire tenentur, ex Concil. Trid. *ſeſſ.* 24. *de reform. c.* 2. & faciunt quæ Azor. *inſtit. moral. p.* 2. *lib.* 3. *c.* 27. *quæſ.* 3. me citato *in hoc loco*, refert Alzed. *de præcellent. Epiſcop. dignit. p.* 2. *cap.* 2. *num.* 38.

Eccleſiæ Militum Sancti Joannis Hieroſolymitani, 26
quibus cura animarum incumbit, in concernentibus ipſam curam Ordinario ſunt ſubjectæ, & ab eodem viſitari poſſunt, ex reſcripto Pij V. incip. *Expoſcit*, *dat. Romæ* 22. *Septembris* 1561. ibi: *Decernimus, declaramus, ſtatuimus omnes, & ſingulos locorum Epiſcopos, & alios Superiores, tanquam Apoſtolicæ Sedis delegatos, omnes & quaſcumque Parochiales Eccleſias, cæteráque beneficia Eccleſiaſtica ſuarum civitatum, & 28
diœceſum, quibus animarum cura imminet, ad dictam religionem, ejuſque milites, Capellanos, Miniſtros, Rectores quomodolibet pertinentia etiam quod in eis Epiſcopalem, & temporalem juriſdictionem religio, & Milites prædicti haberent, eorúmque Eccleſias, Rectores, Vicarios, & miniſtros quoſcunque (in his tamen dumtaxat, quæ animarum curam, illiuſque exercitium, & Sacramentorum adminiſtrationem reſpiciunt) viſitare, omneſque actus viſitationem concernentes exercere poſſe, & debere, ac Rectores, cæteroſque hujuſmodi 29
miniſtros curam animarum exercentes minus idoneos repertos, ſiquidem ad nutum amovibiles ſint, ſtatim amovere, ſin verò titulares ſint, illicò ſuſpendere, ac Superiores illorum monere, ut intra aliquem brevem terminum, in locum amotorum ſubrogent alios idoneos, prius tamen per ipſos Epiſcopos, & alios Superiores examinatos, & approbatos*, &c. prout atteſtantur Alphonſ. Villad. *in ſpeculo viſitat. fol.* 32. *n.* 6. Cochier. *de juriſdict. Ordin. in exemptos, part.* 2. *q.* 45. *n.* 11. Aloyſ. Ricc. *in praxi, reſol.* 176. Piaſec. *in praxi nova Epiſcop. part.* 2. *cap.* 3. *num.* 46. me citato *in hoc loco*, Mendez. à Caſtro *in praxi Luſitana, part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 31. *verſic. Item Eccleſiæ Militum S. Joannis.* Hi tamen Milites, quatenus beneficia Curata non obtinent, non poſſunt ab Ordinariis viſitari, ut deciſum refert Armend. *d. loco, num.* 92.

Prioratum Militum Hieroſolymitan. Ordinarij vi- 27
ſitare non poſſunt, cùm illi ſint Præceptores, non verò Commendatarij, & viſitari debent à Capitulis ſui Ordinis, refert deciſum Armend. *d. loco, num.* 101.

Noviſſimè S. D. N. Gregor. XV. *fel. record. in ſua Conſtit.* de exemptorum privilegiis circa animarum curam, & Sacramentorum adminiſtrationem, incip. *Inſcrutabili, ſub dat. Nonis Febr.* 1623. ſtatuit in hæc verba. *Hac generali ac perpetuò valitura Conſtitutione decernimus, ſtatuimus, & declaramus, ut deinceps tam Regulares, quàm ſæculares quomodolibet exempti, ſive*

animarum

animarum curam personarum secularium, monasteriis, seu domibus Regularibus, aut quibusvis aliis Ecclesiis, vel beneficiis, sive Regularibus, sive secularibus incumbentem exerceant, sive aliàs Ecclesiastica Sacramenta, aut unum ex illis ministrent, prævia Episcopi licentia, & approbatione, sive quoquo modo in dictæ curæ exercitio, aut in eorundem Sacramentorum, vel alicujus ex illis administratione de facto absque ulla auctoritate se ingerant in his, quæ ejusmodi curã seu administrationem concernunt, omnimodæ jurisdictioni, visitationi, & correctioni Diœcesani Episcopi, tanquam Sedis Apostolicæ delegati plenè in omnibus subjiciantur. Hæc *in d. Constit.* Super qua *Sacra Congregatio Cardinalium Conc. Trid. interpretum* censuit, *nequaquam subjacere Regulares exemptos, quibus cura animarum personarum secularium non incumbit, Episcoporum jurisdictioni in his, quæ Sacramentorum administrationem concernunt, nisi cùm in Sacramentis personis sæcularibus administrandis iidem Regulares delinquunt, ac propterea eadem Sacra Congr. respondit, Episcopis non licere in vim ejusdem Constit. visitare altaria Ecclesiarum Regularium, quibus non incumbit animarum cura personarum secularium, nec loca ubi in iisdem Ecclesiis asservatur Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, vel ubi Confessiones personarum secularum audiuntur.* Item *eadem Sacra Congreg.* censuit, *in vim illius Constit. non posse Episcopos Regularibus præscribere, ut certis tantùm in locis, ac temporibus, aut certarum personarum Confessiones audiant, vel aliàs illorum privilegium in Sacramentis administrandis restringere, aut moderari, quod si aliunde Episcopis hujusmodi facultas competat, illam non fuisse ab eadem Constit. sublatam.* Quas declarationes originales præ manibus habui, & postea in Typographia R. Cameræ Apost. impressas vidi *de anno* 1625.

28 Subcollectores non possunt visitari, nec corrigi ab Episcopo, ut decisum referunt Armendar. *d. loco, n.* 80. Nicol. Garc. *de benef. part.* 3. *cap.* 2. *num.* 198. *in* 18. *declaratione.*

29 Referendarii ratione beneficiorum, quæ habent in partibus, subsunt locorum Ordinariis, Aloys. Ricc. *in praxi aurea, resolut.* 30. ubi dicit Staphil. *de prærog. expect. fol.* 218. *n.* 15. quatenus habet eos non posse excommunicari, vel interdici ab Episcopo, cùm sint officiales Papæ, loqui de illis Principalibus Referendariis justitiæ, & gratiæ, qui sunt undecim, & undecim, Gomes. *de Signatur. gratiæ, & justitiæ, fol.* 493.

30 Protonotarii, quos primos esse, & notariorum principes, dixerunt Mandos. *de Signatura gratiæ, tit. Protonotarii*, Gomes. *in proœm. super regulis Cancellariæ, q.* 1.

31 Anton. de Prætis *de jurisdict. Episcopi c.* 8. *n.* 16. † à jurisdictione ordinaria per Leonem X. esse exemptos tradunt Mandos. *ubi suprà*, Anton. de Prætis *d. c.* 8. *n.* 17. quos refert, & sequitur Cochier *de jurisdict. Ordinarii in exemptos, p.* 1. *q.* 18. *n.* 3. ubi intelligit si Rochettum, habitúmve Protonotariorum actu deferant, Lotter. *de re benef. lib.* 2. *q.* 28. *n.* 38.

32 Et quod omnia beneficia vacantia per obitum Protonotariorum, vel participantium, vel etiam non participantium, sint Sedi Apostolicæ reservata, resolvunt Simon. *de reservat. quæst. ultim. ex n.* 1. Lotter. *d. q.* 28. *n.* 44. & censuit Rota apud Caputaquens. *decis.* 407. *part.* 2. Verall. *decis.* 404. *p.* 2. *decis.* 27. *n.* 1. *part.* 3. Put. *decis.* 205. *num.* 1. *lib.* 1. *in nova impress.* Card. Seraphin. *decis.* 1251. *n.* 18. *& in una Burgensi Abbatiæ de Salas*, 14. *Maij* 1612. coram *R. P. D. Ubaldo sen.* in qua etiam post decisiones ibidem relatas fuit dictum, quod

33 † dignitas Protonotariatus acquirebatur etiam ignoranti, ad effectum reservationis, & etiam ante assumptionem insignium, Rota *decis.* 12. *de prabend. in nonis, & decis.* 11. *lib.* 2. *part.* 3. *& decis.* 373. *part.* 3. *lib.* 3. *diversi.* Rota *in Comensi Capellæ*, 7. *Februarij* 1620. coram *R. P. D. Remboldo*, ubi etiam post Mandos. *reg.* 1. *q.* 7. *sub n.* 3. dicit, quod Rota semper tenuit, quod indistinctè omnes Protonotarij, sive sint creati à Papa, sive à Legato, sunt comprehensi *in Extrag. ad regimen, de præbend.* Item fuit dictum in eadem causa, & reperitur decisio impressa per Farinac. *decis.* 706. *part.* 1. *in recentissim. & decis.* 69. *part.* 2. *recentissimar. in posthum.* Rot. *in Romana Capellaniæ*, 20. *Novemb.* 1628. *& 29. April.* 1630. coram *R. P. D. Pirovano*, quarum meminit Ferentil. *ad decis. Buratti* 706. *num.* 9. Coccin. *decis.* 349. latè Lotter. *d. lib.* 2. *q.* 29. *per tot.* Quæ quidem reservatio habet locum in omnibus Protonotariis, etiamsi non sint de numero: fuit decisum *in Palentina Scolastriæ, Canonicatus, & præbendæ de Valladolid*, 9. *&* 13. *Aprilis* 1584. coram *Robusterio*, relata per Nicol. Garc. *de benefic. p.* 3. *c.* 1. *num.* 204. & fuit firmatum *in d. Burgensi Abbatiæ de Salas*, in qua plures aliæ decisiones referuntur. Non requiritur acceptatio expressa ad effectum reservationis, sed sufficit tacita resultans ex expeditione litterarum, & expensa facta, Mohed. *decis.* 8. *de præbend.* Rot. *in Romana Capellaniæ*, 20. *Aprilis* 1630. coram *R. P. D. Pirovano*, Ferentil. *ubi suprà, n.* 21.

ALLEGATIO LXXV.

Episcopus quod jus habeat visitandi hospitalia, Collegia, ac Confraternitates laïcorum.

SUMMARIUM.

1 *Hospitalitatis opus curare maximè debet Episcopus, ut diligenter, & fideliter administretur.*

2 *Hospitalia, Collegia quæcunque, & Confraternitates laicorum visitandi jus habet Episcopus, tanquam Sedis Apostolicæ delegatus.*

3 *Hospitale noviter fundatum, ipso fundatore superstite visitari non potest, nisi habeat formam Ecclesiæ, aut sit fundatum auctoritate Episcopi.*

4 *Hospitale, quod habet formam Ecclesiæ, vel altare pro Missarum celebratione, si est fundatum auctoritate Episcopi, dicitur locus religiosus & pius.*

5 *Hospitale quando præsumatur Episcopi auctoritate fundatum, ostenditur.*

6 *Visitari ab Episcopo possunt hospitalia quæcunque, & alia pia loca, sive cum Episcopi auctoritate, sive sine illa instituta.*

7 *Hospitalia erecta sine Episcopi auctoritate videri possunt per ipsum, utrùm omnia procedant secundum mentem testatoris.*

8 *Episcopus potest compellere hæredem, vel legatarium ad executionem legatorum ad pias causas, etiamsi testator prohibuisset, sed contrarium verius, n.* 10.

9 *Testator fundans Capellam, non potest illam eximere ab Episcopi potestate.*

11 *Visitare potest Episcopus, corrigere, & formare in casibus à jure expressis, omnia Hospitalia, & pia loca, quamvis sint privata laicorum.*

12 *Episcopus potest animadvertere in Rectores Hospitalium, leprosariarum, &c. qui negligunt administrare ut oportet.*

13 *Visitare Episcopus potest Confraternitates personarum secularium in Ecclesiis Regularium exemptorum existentes, non tamen eorum Capellas, vel altaria, nisi quoad administrationem.*

14 *Visitare absolutè non potest Episcopus Hospitalia, Collegia, vel Confraternitates sine Episcopi auctoritate institutas, nisi ad officium inquirendi de*

operibus piis, quæ ipſis incumbunt.

15 *Sæculares judices etiam facultatem habent, ſicuti Epiſcopi, viſitandi Hoſpitalia, & cætera loca, ſi hoc eis aliàs legitimè competat, dato præventioni loco inter ipſos.*

16 *Hoſpitalia, & Confraternitates, quæ ſub immediata Regum fuerint protectione, Epiſcopi viſitare non poſſunt.*

17 *Confraternitas Miſericordiæ Regni Portugaliæ ubique terrarum celebratiſſima.*

18 *Hoſpitale magnum Ulyſbonenſe toto Orbe celeberrimum.*

19 *Regiam dignitatem præ ceteris convenit anteferri.*

20 *Exceptio, ſi opponatur Epiſcopo viſitanti Hoſpitale, aut Confraternitatem, quod ſit immediatè ſub Regum protectione, non ad ſæcularem judicem, ſed ad Epiſcopum pertinet de ea cognoſcere.*

21 *Collegia inſtituta pro ſuſtentatione ſtudentium pauperum, vel aliorum egenorum, ſunt loca pia, & gaudent Eccleſiæ privilegiis, ac proinde ab Epiſcopis viſitari poſſunt.*

22 *Confraternitates laicorum Religionis cauſa inſtitutæ, pia ſunt, & religioſa loca.*

23 *Confraternitates hujuſmodi, quod viſitari poſſint ab Epiſcopis, ut pia loca, qui teneant Doctores, referuntur.*

24 *Contrarium qui tenuerint, citantur.*

25 *Inter unam, & alteram opinionem diſtinctio ponitur.*

26 *Confraternitates quæ abſque Epiſcopi auctoritate ſunt inſtitutæ, minimè Eccleſiaſticæ, aut religioſæ ſunt cenſendæ.*

27 *Confraternitates, & Hoſpitalia ſine Epiſcopi auctoritate inſtituta, pia ſunt.*

28 *Piis cauſis relicta ſolvi poſſunt Hoſpitalibus, & Confratriis, etiam ſine Epiſcopi auctoritate inſtitutis.*

29 *Exempta Eccleſia non cenſentur exemptæ Capellæ ipſi Eccleſiæ ſubjectæ accedentes, vel connexæ.*

30 *Confraternitates interveniente Epiſcopi approbatione piæ, & Eccleſiaſticæ ſunt cenſendæ.*

31 *Confraternitatum res, ut Eccleſiaſticæ ſunt cenſendæ ſi Epiſcopi auctoritate inſtituantur.*

32 *Confraternitatum bona quod poſſint alienari ſine ſolemnitatibus in rerum Eccleſiaſticarum alienationibus neceſſariis, qui tenuerint, citantur.*

33 *Sub diſtinctione reſolvitur.*

34 *Gabella an debeatur ex bonis confraternitatum, ſi vendantur, ſub diſtinctione reſolvitur.*

35 *Vera ſolutio ponitur.*

36 *Confraternitates, & Hoſpitalia Epiſcopi auctoritate inſtituta beneficio reſtitutionis in integrum gaudent.*

37 *Eccleſiæ appellatione quando comprehendantur loca pia, oſtenditur.*

38 *Confraternitates, & Hoſpitalia, quæ ſint auctoritate Epiſcopi inſtituuntur, quod gaudeant beneficio reſtitutionis in integrum, qui teneant, oſtenditur.*

39 *Reſtitutionis in integrum beneficium non denegatur omnibus illis, quorum bona ſub aliena cura ſunt, vel per adminiſtratores gubernantur, ut in Republ. Civitate, Villa, Caſtro, ſeu quacumque alia communitate.*

40 *Collegia, ſeu univerſitates ſæculares ex eo quia Reipubl. æquiparantur, beneficio reſtitutionis in integrum gaudent.*

41 *Fiſcus beneficio reſtitutionis in integrum gaudet.*

42 *Hoſpitalia, & Confraternitates, quando ſine Epiſcopi auctoritate inſtituta ſunt, reſtitutionis privilegio non gaudere, tanquam verum, ſunt qui teneant, ſed contrarium verius.*

43 *Quarta Canonica quod ex iis, quæ Confraternitatibus relinquuntur, debeatur, qui teneant, oſtenditur, eorumque fundamenta adducuntur.*

44 *Quarta Canonica ſolvitur ex iis, quæ relinquuntur Eccleſiis, vel piis locis, non verò pauperibus, vel quando relinquuntur ad perpetuum cultum divinum, ſeu pro ornamentis.*

45 *Quarta Canonica ut debeatur duo requiruntur, alterum, quod loco relinquatur, alterum quod locus religioſus ſit.*

46 *Quarta Canonica, quod non debeatur ex his, quæ Confraternitatibus relinquuntur, indiſtincte qui teneant, oſtenditur.*

47 *Sub diſtinctione, & per certos caſus quæſtio diſſolvitur.*

48 *Quarta Canonica an debeatur ex his, quæ relinquuntur Confraternitatibus devotionis cauſa Epiſcopi auctoritate inſtituis, quæſtio eſt in duas opiniones diviſa.*

49 *Quarta Falcidia non poteſt deduci ex his, quæ Confraternitatibus, ſive cum Epiſcopi auctoritate, ſive abſque ea inſtitutis relinquuntur.*

50 *Quarta Falcidia de legatis ad pias cauſas non deducitur.*

51 *Quarta Falcidia de legatis pro alimentis, & exrelictis pro ſtudio non ſolvitur.*

52 *Contrariis reſpondetur.*

53 *Trebellianica non deducitur ex fideicommiſſis univerſalibus quæ ad pias cauſas relinquuntur.*

54 *Bona Hoſpitalium, & Confraternitatum, quæ Epiſcopi auctoritate inſtituta ſunt, non poſſunt præſcribi minori tempore quadraginta annorum.*

55 *Eccleſiarum res minori ſpatio, quàm quadraginta annorum præſcribi non poſſunt.*

56 *Hoſpitalia Epiſcopi auctoritate inſtituta gaudent immunitate Eccleſiaſtica.*

57 *Rationes Ordinariis ſunt reddendæ ab adminiſtratoribus piorum locorum, tam Eccleſiaſticis, quàm Laicis.*

58 *Rationes Epiſcopo ſunt reddendæ de omnibus locis piis, ſive ea ſint publica, ſive privata.*

59 *Ordinarii poſſunt ab adminiſtratoribus rationes adminiſtrationis exigere, donec coram eodem doctum fuerit de inſtitutione, in qua ſecus expreſsè cautum ſit.*

60 *Epiſcopi valent laicos compellere ad exequutionem piarum voluntatum.*

61 *Capitulum Sede vacante poteſt exigere rationem ab adminiſtratoribus piorum locorum, ſicut Epiſcopus.*

62 *Appellans à decreto reddendæ rationis ſuæ adminiſtrationis, licèt admittatur appellatio, non impeditur tamen exequutio.*

63 *Rationes pluries in anno Epiſcopus poteſt exigere ab adminiſtratoribus piorum locorum, quando ei conſtiterit illas dolosè redditas fuiſſe, vel quando reddititio non fuit finalis, & plena cum reſtitutione reliquorum.*

64 *Doctores referuntur de Confraternitate Montis Pietatis agentes.*

65 *Doctores referuntur, qui de viſitatione tractatus in lucem edidere.*

EPiſcopi, cùm in omnibus jus viſitandi habeant, curare maximè debent, ut hoſpitalitatis opus diligenter, & fideliter adminiſtretur, prout diſponit Concil. Trident. *ſeſſ. 7. de reform. cap. 15. & ſeſſ. 25. de reformat. cap. 8.* In quibus Juribus innovata eſt Conſtitutio Concilii Viennenſ. Clement. V. *in Clem. quia contingit, de relig. domib.* & de eorum Jurium materia aliqua tractant Fr. Emman. *quæſt. Regul. tom. 2. q. 65. art. 7. verſ. quintò, & q. 84. art. 3.* Zerola in

in praxi Episcop. p.1.verb.hospitale,n.2.pag.173. Azor. *instit.moral. p.2.lib.3.c.40.quæs.10.vers.& sessione*, novissimè Marcel. Vulpe *in praxi judic.fori Ecclesiast.c.11.*

2 Et † etiam tanquam Sedis Apostol.delegati habent jus visitandi hospitalia,collegia quæcunque,ac Confraternitates laicorum etiam quas scholas, sive quocunque alio nomine vocant, non tamen quæ sub Regum immediata protectione sunt,sine eorum licentia,ex dispositione Concil.Trid.*sess.22.de reform.c.8.*de cujus materia agunt Marta *de Jurisdictione part.2. c.18.* Praxis Episcop. *part.1.verb.hospitale,§.3.* Piasec.*in simili praxi,part.2.c.3.n.33.* Fusch.*de Visitat.lib.2.c.13.à num.21.* Bobadill.*in sua politica,lib.2.cap.17.n.102.* Azor.*instit. moral.d.cap.40.quæs.10.* Marc.Anton. *variar. resolut. lib.14.num.7. vers.si verò*, Franc.Leo *in thesauro fori Ecclesiast. part. 2. c. 2. n. ult.* Cened. *pract. & canon. quæst. lib.1. quæst.22. à n.14.* Armendar. *in addit. ad recopil.legum Navarræ,lib.1.tit.6.l.5.§.2.n.65. cum sequentibus*, Ugolin. *de potest.Episc. c.24. § 1. n.3. vers. visitare*, Aloys.Ricc. *in decis. Curiæ Archiep. Neapol. p.4. decis.209.* ubi ex hoc loco multa à nobis mutuatus est, me citato *in hoc loco*, Ciarlin. *controv. forens. lib.1.c.65.n.1.*

3 Hospitale noviter fundatum, & ipso fundatore superstite, visitari non potest, nisi habeat formam Ecclesiæ, aut sit fundatum auctoritate Episcopi, Petrus de Ubaldis *tract. de canon.Episcop.cap.4.vers.quoad secundam quæst.fol.251.* Piasec.*in praxi nova Episcop.d.n.38.* Cochier. *de jurisdict. Ordinarii in exemptos, p.1. q.31. num.4.* Marta *de jurisdict.p.2.c.23. num.12.* Est enim hujusmodi hospitale non domus Dei, sed domus hominis, quam is, qui construxit, potest destruere, & alienare, Petr. de Ubaldis, Piasec. & Cochier *dictis*

4 *locis.* Locus autem † religiosus, & pius dicitur hospitale, quod est fundatum auctoritate Episcopi, *cap.2. de foro comp.cap.ad hæc, de Relig. domib.* Fusch.*d.lib.2. cap 13. num.10.* Mar.Antonin. *dict.lib.1.resol.14.n.1.* Gabr. *comm. tit. de pia causa, conclus.2.* Tiraquell. *de privileg. piæ causæ, in præfat.vers.item relictum*, Padill. *in l.si aquam, Cod. de servit.& aqua, num* 46. Joseph. Ludov. *decis.30.n.6.& 7. & decis.93.n.36.& 45.* Redoan. *de rebus Ecclesiæ non alien.rubr.27.& rubric.33. casu* 12. Valasc.*consult.105.n.28.* Solis *de censib. lib.2. c.3.n.11.* Menoch. *de recup.remed.15.n.22.& sequenti*, Gutier. *canon.lib.1.c.35.n.29.* Mascard. *de probat. conclus.869.n.9.cum seq.* Card.Mantic.*de tacitis, & ambiguis convent. lib.25.tit.6.num.69.* Roch. *de visitat.verb. Hospitalia*, Cardin. Thusc.*tom.4. litt. H, conclus.158. & conclus. 163. n.2. & 4. tom.6. litt. P, conclus. 338.* Zerola *in praxi Episcop.part.1.verb. Hospitale, §. 3. dub.2.* Azeved. *l.1. à num.26. titul.1. lib.4. & l.1.n.4. titul.18.lib.9.novæ recopil.* Ceval. *commun.contra commun.tom.4.quæst.896. num.962.* Lusit.Ægid. *in repetit. l.1. part. 1. in initio, num.54. C. de sacrosanct. Eccles.* Flores *variar. lib.2. quæst. 21. n.179. cum sequentibus*, Marc.Anton.Genuens. *in praxi Archiepiscop.Neapolitana, c.17.* Alexand.Trentacinq.*variar. resol.lib.1.tit. de rescript. resol. 4.* Brunor. à Sole *in locis commun. verb.Hospitale, n.3.& 4.* Cardos. *eod. verb. n.3.* Mart. *de jurisdict. part.2.c.23.n.19. & 23.* latè Nicol. Garc. *de benef. part.5. c.1. n.601.* Farinac. *in praxi criminal. part.1. q.28. à n. 36.* Ugolin. *de potest. Episcopi c.14. §.4. n.7. & §.7. ad fin.* Redoan. *de rebus Ecclesiæ non alien. q.4. n.27. & seq. & q.149.n.7. & q.28. & q.51.* Achil. Pedroch. *consil. 2. num. 15.* Vincent. de Anna *sing. 90.* Magon. Florent. *decis. 61.* Carol.de Grassis *de effect. cleric. effectu 1. à n.122.* Ciarlin. *dict. lib. 1. c.116. n.13.* novissimè Marcel. Vulpe *dict. c.11. n. 2.* novissimè etiam Navarr. *in tractat. sive praxi elect. & variat. fori, tract. 2. quæst. 54. num.12.* Castro Palao *in opere morali, tom. 2. tract. 13. disput.1.punct.7. à num.2.*

Auctoritate Episcopi præsumitur Hospitale fundatum,si locus ab antiquo sit in forma Ecclesiæ, ubi Sacerdotes celebrant, de quo Felin. *in cap.illud,n.5.vers. & pro istis,de præsumpt.& in c. sicut, n.20. de re judic.* Rota Bononiens. *decis.13. n.4.* Franc. Marc. *Delphin. decis.1017.n.2.* Menoch. *de præsumpt. lib.6.q.79. n.3.* Mascard. *de probationib. concl. 583. 623. & 869.* Valasc. *consult.105. num.45.* me citato *in hoc loco*, Homobon. *de examine Ecclesiastico tract.5. c.4. quæs. 13. supp.1. in fine*, Filliuc. *tom.3. tract.44. cap.4. quæst.18.* novissimè Bonacin. *var.tract.2. quæst. unica, puncto 2. num.11.* Rot.*in Alexandrina beneficii, 18. Aprilis 1625.* coram *R.P.D. Merlino.* Et ex diuturnitate temporis præsumitur Ecclesia ædificata auctoritate Episcopi, Rot.Bononiens. *d.decis.13.n.4.* Mascard.*conclus.1316. n.8.* Stephan.Gratian. *disceptat. forens.cap.34. num.1.* Cabed. *decis. 52. num. ultim.* Item ad præsumendum eam auctoritatem adfuisse, oportet cymbalum esse constitutum super tectum, publiceque pulsari, vel si ibi celebretur, omnibus indifferenter ad Divina audienda admissis.Ita Sanch.*de matrimonio lib.9.disp.15. n.38.* alia plura commemorat Mar. Anton, *d.lib.1.resol.14.n.4.* ex quibus cognoscitur quando auctoritate Episcopi fuit erectum hospitale, veluti si Episcopus deputaret, vel confirmaret ministrum, vel si haberet nomen Sancti sibi appropriatum,vel si in eo fuerit servata hospitalitas per tempus antiquissimum, vel si in eo essent sepulturæ, aut cœmeterium, vel si reciperet decimas, vel non solveret collectas. 5

Hospitalia, & quæcunque alia pia loca privata, sive cum Episcopi auctoritate,sive sine illa instituta,possunt visitari ab Episcopo,& in illis etiam procedit dispositio Concil.Trid. *d.sess.22.de reformat.c.8.* resolvunt Altamiran.*de visitat.verb.& testamentorum,à n.79.& verb. aliis piis locis*, Fusch. *d.cap.13.n.21.cum seq.* Flamin. Paris.*de resign.benef.lib.11.q.3. num.54.* Mascard. *dict. concl.869.n.30.cum seq.* Mar.Anton. *d.lib.1. resol. 14. n.7.vers. si verò*,Azeved.*dict.l.3.n.9.* Bobadilla *d. lib.2. c.17.num.139.* Valasc.*consult.105. num.59.* & decisum referunt Marta *de Jurisdict. p.2.c.18. à n.2.& part.4. casu 113. num.30.* Nicol. Garc. *dict. cap.1. num. 602. in fine.* 6

Licèt enim erecta fuerint sine Episcopi auctoritate, tamen idem Episcopus videre potest, an omnia procedant secundum mentem testatoris,ex Abb. *in cap. inter dilectos,n. 12.de donat.* resolvit Galet. *in margarita casuum conscientiæ,ver.Hospitale*,quamvis etiam non habuerint Ecclesiam,nec altare,cùm sufficiat quod sint loca pia ad hoc,ut visitari possint,& provideri, ut omnia juxta voluntatem testatoris procedant, etiamsi testator prohibuisset,Covar. *in c.tua nos,n.6. de testam.* Navarr. *cons.3.de relig.dom.* quos refert Piasec.*d.c.3.n.38.* Nisi hospitale sit merè laicale, quia tunc testatore nolente, Episcopo non subjicietur,Lap. *allegat.42.* incip. *quæritur*,Cardin.*cons.11.* incip. *Quædam Societas*, Cochier. *de jurisd.in exempt.p.4.q.57.* 7

Ex quibus colliges,non esse hodie veram sententiam Paris. *consult.34.n.16. lib.4.* & Valasc. *cons.105.n.50.* dum putant Episcopum nullo modo posse visitare hospitalia, quæ sine ipsius auctoritate fuerunt erecta: quod etiam tenent Abb. *in c.fin.notab.1.de censibus,&* Gabriel *cons.195.n.15.lib.2.* nam secundùm prædictos Doctores licèt de Jure communi non competat Episcopo facultate propria visitatio hospitalis sine ejus auctoritate, & consensu fundati, competit tamen uti Sedis Apost.delegato,in vim Conc.Trid. ut observat Rot. *in Abulen. Juris visitandi, 28.Junii 1600.* coram *Illustr. Cardin. Bonon.* postea Greg. XV. impressa per Farin. *decis.30.n.8.p.2.recent.* 8

Colliges etiam, quod sive hospitale, aut Oratorium sit publicum & Ecclesiasticum, sive privatum & sæculare, si agatur de executione piorum relictorum

per viam viſitationis, competens eſt Eccleſiaſticus, *c.3. de relig. domib. c. ſi hæredes 6. de teſtamen.* Valaſc. *conſ.*105.*n.*59.

Colliges denique in vita illius, qui hoſpitale, vel Oratorium privatum ædificavit, nec Eccleſiaſticum, nec ſæcularem ſe poſſe intromittere contra voluntatem inſtituentis, Card. *in Clem. quia contingit, n.*19. *de relig. domibus*, Abb. *n. ult. in fin. c. ſcopitæ, de cenſ.* reſolvit Marcel. Vulpe *d.c.*11.*n.*3.*cum ſeqq.* & non habere dubium, ex aliis affirmat Valaſc. *d. conſ.*105.*n.*45. deinceps verò ſub Epiſcopi viſitatione & correctione remanere debet, nam Epiſcopus poteſt compellere hæredem, vel legatarium ad executionem legatorum ad pias cauſas, etiamſi teſtator prohibuiſſet, ne Epiſcopus ſe intromitteret, quia illa clauſula favore piarum diſpoſitionum habetur pro non adjecta, *d. c. tua nos*, Marta *de juriſdict. part.*4. *caſu* 88. *à num.*14. *& caſu* 113. *à num.*31. Cald. Pereira *de nominat. emphyt. quæſt.*19. *n.*56. Valaſc. *d. conſ.*105. *n.*57. vide Alphonſ. de Leone *de officio Capellani quæſt.*5. *ſect.*12. *à num.*203. Perez de Lara *de Capell. & anniverſ. lib.*2.*cap.*1. *à num.*16. Unde poſſe Epiſcopum viſitare hoſpitalia, eſto teſtator prohibuiſſet ne ſe in tali viſitatione intromitteret, reſolvunt Fuſch. *de viſitat. lib.*2. *c.*12. *n.*7. *&* 8. Zerol. *in praxi Epiſc. p.*1. *verb. hoſpitale, n.*2. Ugolin. *de poteſt. Epiſcopi c.*24.§.1.*n.*3. Duar. *in Bull. Cœnæ, lib.*4.*can.*15 *q.*7. *n.*16. quos refert, & ſequitur Diana *moral. reſol. p.*1. *tr.*2. *reſol.*83. *in princ.* ubi cum Gonzal. Perez de Lara & aliis intelligit, niſi Epiſcopus in fundatione conſentiat.

9 Sic etiam teſtator fundans Capellam non poteſt eam eximere ab Epiſcopi poteſtate, Anton. de Prætis *de poteſtate Epiſcopi c.*1.*n.*3.*&* 5. poſt alios Cochier *de juriſdict. Ordin. in exemptos, p.*1. *q.*35.*n.*3. me citato *in hoc loco*, Alzed. *d p.*2.*c.*2.*n.*56. noviſſimè Franc. Carp. *de executorib. teſtament. lib.*1. *c.*22.*num.*65. *& infrà allegat.*82.*n.*27.*cum ſequentib.* nam ſi aliquis fundat Eccleſiam hoc pacto, quod ſubſit Abbati, nihilominus erit ſub Epiſcopo, ut per Bartol. *in l. quoties*, §. *fin. n.*1. *ff. de adminiſtr. tut.* Felin. *in c. cùm venerabilis, ſub n.*33. *verſ. & ideò dixit Bartol. de except.* ubi Dec. *in* 10.*notab.n.*33. Abb. *in c. cùm dilectus, n.*4. *de conſuet. & in cap.*3. *ſub n.*13. *de Eccleſ. ædif.* prout eos refert Rot. *dec.*30.*n.*5. apud Farinac. *p.*2. *recent.* Ex quibus neſcio quo jure procedat deciſio, quam refert Armendar. *d. loco, n.*66. in hæc verba: *Si in fundatione Hoſpitalis ſit dictum, quod Ordinarius non poſſit ſe intromittere in ejus viſitatione, non poterit illud viſitare.* Quod etiam per ſanctam Sedem reſcriptum fuiſſe aſſerit Carol. de Graſſis *de effectib. clerical. effectu* 1.*n.*610. & reſolvunt Muta *deciſ.*28. *num.*29. Nicol. Garc. *de benef. part.*1. *c.*2. *num.*93. ubi aſſerit ita noviſſimè declaraſſe Paulum V. niſi hoc intelligerent præſuppoſito Epiſcopi in fundatione conſenſu: quaſi ſecus dicendum eſſet eo deficiente. Unde Abb. *in c. requiſiſti, de teſtam.* non vàlere ait clauſulam teſtatoris inſtituentis beneficium, vel donantis Eccleſiam cum ea conditione, ut non ſubjaceat ordinationi Epiſcopi; cum rejicienda ſit talis conditio ut turpis, & à Jure prohibita, poſt Lambertin. Palat. Rub. & Bernard. Diaz. ſequitur Paul. Duran. *in tract. de condit. & modis impoſſib. part.*2.*c.*1. *num.*107. niſi deciſionem illam intelligendam eſſe dicamus de hoſpitalibus, & Confraternitatibus, quæ à laicis veluti merè laicales reguntur, & in quibus piæ
10 diſpoſitiones non adſunt. † Vel etiam de loco pio hoſpitalitatis cauſa privatim inſtituto intra ipſiuſmet inſtituentis ædes intercluſo, ita ut ab extra, ſi quid opus ſit ſpiritualitatis, vocetur, excepto caſu, quo ab Epiſcopo licentiam petierit quærendi eleemoſynas, cum per hujuſmodi licentiam viſitandi jus Epiſcopus acquiſierit, quia omnia noſtra facimus, qualitercumque noſtram interponamus auctoritatem; refert me citato *in hoc loco*, Homobon. *de examine Eccleſiaſt. tract.*10.*c.*4.*quæſ.*13.*ſupp.*1. Quicquid, & perperam nos reprobet Diana *d. reſol.*94. *verſ. tertiò exploditur Auguſtinus Barboſa.* Non obſtat quod Epiſcopus conſentiens quod hoſpitale erigendum ſit liberum, ac proinde ab ejus viſitatione exemptum, præjudicat non ſolum ſibi, ſed etiam ſucceſſoribus, ſecundum Abb. *in c.*3. *ſub n.*13. *de Eccleſ. ædific.* Felin. *in d. c. cùm venerabilis, ſub n.*33. Barbat. *conſ.*33. *col. antepen. verſ. & ſi dicatur Epiſcopus, lib.*1. Roch. *de jurepatron verb. pro eo quod, ſub n.*26. *& ſeqq.* Gonzal. *ad reg.*8. *Cancell. gl.*5.*n.*41. Perez de Lara *de anniverſ. & capell. lib.*2. *cap.*1. *n.*48. quia reſpondetur cum Federico de Senis *conſ.*111.*n.*4. quod per talem exemptionem, ſicut per quamlibet aliam alicui Eccleſiæ ab Epiſcopo generaliter conceſſam, poteſt ille à ſe abdicare viſitationem, & correctionem, & *conſ.*247. reſolvit hoc ipſum habere locum etiam quando Epiſcopus id ageret in fundatione ipſius Eccleſiæ, & reſpondet contrariis, licèt Barbat. Abb. & Roch. *locis proximè citatis*, aliter diſtinguant.

Epiſcopus igitur viſitare poteſt omnia hoſpitalia, & 11
pia loca, quocunque nomine nuncupentur, etiamſi ſint privata laicorum, & corrigere, & reformare in caſibus à Jure expreſſis, ſcilicet ob negligentiam, vel dilapidationem bonorum, utque teſtatoris voluntas ſervetur, referunt deciſum Armendar. *d. loco, num.*74. & Marta *d.c.*8.*n.*5. Et poteſt corrigere, & reformare in his tantum quæ ad obſervandam voluntatem fundatorum pertinent, & habere exigendi rationem ab adminiſtratoribus ipſius hoſpitalis, unà tamen cum illis deputatis, à quibus ex conſuetudine ratio reddenda eſt, ex eodem Armend. *d. loco, n.*67. † Et poteſt animadvertere in 12
Rectores hoſpitalium, leproſariarum, eleemoſynariarum, aut Xenodochiorum, qui negligunt, ſeu non verſantur ut oportet, in adminiſtratione, non obſtante quacunque exemptione, *Clem. quia contingit, de relig. domib.* ubi Cardin. ſentit Cochier *de juriſd. Ordinarii in exemptos, p.*2.*q.*45.*n.*79.

Poteſt etiam Epiſcopus viſitare Confraternitates 13
perſonarum ſæcularium in Eccleſiis Regularium exemptorum exiſtentes, non tamen earum Capellas, vel Altaria, quæ intra eaſdem Eccleſias conſiſtùt. Ita à *Sacra Congreg.* deciſum referunt Galet. *verb. Epiſcopus, pen.* Armend. *fol.*15.*n.*14. *&* 15. Marc. Ant. Genuenſ. *in praxi Neapol. c.*21. *in princ.* Ugolin. *de officio Epiſcopi part.*2. *c.*49. §.5. *num.*3. me citato *in hoc loco*, Ciarlin. *d. c.*65.*n.*6. niſi quoad adminiſtrationem, ut reſcripſit *Sacra Congregat. Epiſcopo Imolenſi de anno* 1622. teſte Aloyſ. Ricc. *d. Neapol. deciſ.* 209. *num.* 8. *part.*4. quam declarationem refert Ciarlin. *d. cap.*65. *num.*8.

De Jure Luſitano Hoſpitalia, Collegia, & Confra- 14
ternitates ſine Epiſcopi auctoritate inſtitutas non poterit ipſe Epiſcopus abſolutè viſitare; poterit nihilominus viſitando inquirere de operibus piis, quæ ipſis incumbunt, ad effectum ut adimplere cogat, & negligentiam adminiſtratorum corrigat, ut intendit Ordin. Regia Luſitan. *lib.*1. *tit.*62. §.39. *in fine*, ibi, *Por en eſte caſo*, &c. quando ſcilicet abſque Epiſcopi auctoritate ſunt inſtituta, *poden los Prelados viſitando provéer ſi ſe cumpren las cauſas pias que los inſtituidores mandaran*; quod etiam advertunt Cardin. Tuſchus *litt. H, concluſ.*160.*n.*8. Valaſc. *dict. conſul.*105. *n.*55. Maſcard *concl.*869.*n.*30.*&* 33. Eſt ergo differentia, quod quando Hoſpitalia, & Confraternitates ſunt inſtitutæ auctoritate Epiſcopi, de omnibus oneribus, ſive piis, ſive profanis poteſt cognoſcere Epiſcopus, & de omnibus aliis rebus ad ipſum hoſpitale, vel Confraternitatem ſpectantibus providere, atque etiam circa modum electionis, & formam regiminis: at verò quando inſtitutæ ſunt ſine prædicta Epiſcopi auctoritate, inquirere ſolùm poteſt de piis, quatenus opus eſt, ut mandentur executioni, ut pluribus Arreſtis declaratum oſtendit noſter Cabedo *de*

patronatibus

*patronatibus Regiæ Coronæ, cap.*42. Et demùm quod Confraternitatum, quæ auctoritate Prælatorum erectæ sunt, ad ipsos Prælatos privativè spectet visitatio, docent Lup. *in tract. de liber. Eccles. q.*16. *num.*4. Ceval. *in tr. de cogn. per viam violentiæ, q.*32. *in fine,* Cened. *practic. & Canon. quæst. lib.*1. *quæst.*22. *num.*14. novissimè Gabr. Pereira *in tract. de Manu Regia, cap.*17. *de visitat. hospital. n.*8. Marta *de jurisd. p.*2. *c.*18. *à princ.* In quo casu Episcopus si sit temporalis dominus, non potest tanquam talis rationes exigere. Dec. *cons.*27. *n.*147. Gabr. Pereira *d. c.*17. *n.*9. ubi *n.*10. subdit quod in iis casibus in quibus Ordinarii visitare, vel rationes exposcere possunt ab administratoribus, adhuc visitat Capellas, & loca pia in iis, quæ ad cultum divinum spectant. Illud tamen advertendum duxi, quod Episcopi virtute Concilii *sess.*22. *de reform. c.*18. non solùm in ipso actu visitationis jus habent visitandi hospitalia, & pia loca omnia, quomodocumque nuncupentur, sed etiam extra visitationem, & in casibus à Jure non expressis, ut censuit *Sacra Congregatio*, prout refert Bellet. *disquisit. cleric. p.*1. *tit. de bonis cleric.* §.12. *num.*6. ubi *num.*7. testatur eandem Sacram Congregationem *in Montis Pietatis Ravennatensi, anno* 1617. respondisse, *Episcopum posse pro bono regimine Montis pietatis decreta ipsius confirmare, reformare, & augere, non tam in visitatione, quam extra, & sibi reservare facultatem hujusmodi decreta reformandi, moderandi, & augendi, prout sibi videbitur, & placuerit.*

15 Quamvis Concil. *d. sess.*22. *de reform. c.*8. concedat Episcopis facultatem visitandi hospitalia, & cætera pia loca, non prohibet tamen quin & judices sæculares eadem visitare possint, si hoc eis aliàs legitimè competat, ut decisum refert Armend. *d. loco, n.*65. & censuit Rota apud Farin. *decis.*33. *in princ. p.*2. *recent.* posse Episcopum visitare, nisi aliter cautum sit in institutione. Non competit igitur hæc potestas ad Episcopos privativè, sed inter ipsos, & sæculares Magistratus præventioni locus est, ut expressit Ordinat. Regia *dict. tit.*62. §.42. & ex Jure communi probare nituntur magis communiter Doctores, ex text. *in l. hæreditas* 53. *ad finem,* ibi, *principali, vel Pontificali, ff. de petit. hæred.* Sed longè diversum habet intellectum, ut explicat Costa *lib.*1. *select. qq. c.*10. *n.*8. Quare melius probat ex text. *in Auth de Ecclesiast. titulis*, §. *si quis ædificationem,* ibi, *providentia locorum Episcopi, & civilis judicis*; ex quibus ita notavit post Rom. & alios, & Covar. *in c. si hæredes, n.*1. *de testam.* & plures de quibus Suar. à Pace *in praxi, tom.*2. *præl.*2. *à num.*45. & Marta *de jurisd. p.*2. *c.*10. *à n.*13.

16 Speciali favore contra Ordinarias regulas in hac materia constitutum est, ut hospitalia, & confraternitates, quæ sub immediata Regum fuerint protectione, Episcopi non visitent, nec in illis aliquo modo eorum officiales se intromittant, ut expressit Conc. Trid. *d. c.*8. & consonat Ordin. Regia *d. tit.*62. §.42. *vers. E esta determinacion*, notantque Azev. *ad l.*3. *n.*9. Marta *d. c.*18. *n.*2. Perez de Lara *de Capellan. & anniversar. lib.*2. *c.*1. *n.*49. Cabed. *de patronatibus Regiæ Coronæ, c.*30. *n.*3. & *c.*42. *n.*5. Valasc. *cons.*105. *n.*62. Ceval. *commun. contra commun. quæst.*897. *num.*984. & *de cognit. per viam viol. part.*2. *quæst.*32. *num.*4. Alzed. *de præcellent. Episcop. dignit. p.*2. *c.*2. *n.*50. Marta *de jurisd. p.*2. *c.*18. *num.*8. ubi quod Episcopus cognoscit an hospitale sit sub immediata Regum protectione, me citato *in hoc loco,* Diana *moral. resol. p.*1. *tract.*2. *resol.*100. *in princ.* Gabr. Pereira *in dict. tract. de Manu Regia, c.*17. *de visitat. Hospital. num.*11. ubi *n.*13. agit de Confraternitatibus in Ecclesiis Ordinum Militarium constructis.

17 † Exemplum ponit Ordin. nostra *dicto loco*, in omnibus domibus, sive Confraternitatibus Misericordiæ Regni Portugaliæ, quas sub immediata Regum protectione esse profitetur: hæc enim Misericordiæ Confraternitas ubique terrarum est celebratissima, propter eximia charitatis opera, in quibus confratres exercentur in pauperibus alendis, curandis infirmis, & orphanis, virginibus maritandis, peregrinorum necessitatibus sublevandis, de cujus laudibus, & institutione agunt Cabed. *de patron. Regiæ Coronæ, cap.*46. *per totum, & decis.*51. *p.*1. Benedict. Ægid. *ad l.*1. *C. de sacrosanct. Eccles. p.*1. *in initio, à n.*34. Fr. Hieronym. Roman. *de Republica Christiana, lib.*5. *c.*22. *per totum.* 18
† Sicut etiam nobilissimum est, & toto orbe celeberrimum hospitale omnium Sanctorum Ulyssiponense, quod velut per antonomasiam Ordinatio sæpe vocat, *O grande hospital*, de quo agunt Cabed. *dicto tractatu de patron. Regiæ coronæ, c.*39. & Fr. Hier. Roman. *d. c.*22. *vers. tiene Lisboa.*

Quod autem hæc concessio ab ordinariis regulis 19
in hac materia exorbitet, ostenditur; quia secundùm illas certum est posse Episcopos visitare omnia hospitalia, & Confraternitates, quæ de ipsorum auctoritate, & consensu fuerint institutæ; & tamen ab hac regula excipit Trident. ea quæ sunt de immediata Regum protectione, ex altitudine, & præeminentia Regiæ dignitatis, quam præ cæteris convenit anteferri, ut ait text. *in c. ult. in princ. vers. nec aliquis, de offic. delegat. lib.*6. quam rationem ad notabiles, & usufrequentes quæstiones exornant Rebuff. *in praxi, p.*3. *signaturæ, à n.*61. Lambert. *de jure patr. art.*11. 9. *q. princip. lib.*1. Covar. *pract. c.*36. *n.*2. plures per Cened. *ad Decretal. collect.*79. *n.*2.

Licèt aliquando fuerit dubitatum, utrùm in hac 20
exceptione Trid. contineantur omnia hospitalia sita in provinciis, & ditionibus cujusque Regni, decisum tamen fuit, illa tantùm contineri, quæ expressè sub immediata Regum fuerint protectione: si autem Episcopo visitanti hospitale, aut Confraternitatem, opponatur, quod sub immediata Regum sint protectione, non ad sæcularem judicem, sed ad Episcopum pertinet talis exceptionis cognitio & decisio, prout referunt Marta *dict. c.*18. *n.*4. & 8. Armendariz *dicto loco, n.*71. & 72. me citato *in hoc loco,* Ciarlin. *dict. c.*65. *num.*4. Illud te scire volo, quod Gabriel Pereira *de manu regia, part.*2. *c.*17. *n.*12. quem refert, & sequitur Diana *dict. p.*1. *tr.*2. *resolut.*100. resolvit in his Confraternitatibus, & hospitalibus de Regum protectione posse Prælatos visitare decentiam divini cultus, & ornamentorum.

Collegia instituta pro sustentatione studentium 21
pauperum, vel aliorum egenorum, sunt loca pia, & gaudent privilegiis Ecclesiæ, & sunt de jurisdictione Ecclesiastica, & si sunt instituta, seu erecta auctoritate Ordinarii, non solùm loca pia, sed etiam religiosa sunt, ut tenent Gironda *de gabellis, p.*7. *n.*42. Azeved. *l.*10. *n.*26. *tit.*1. *lib.*4. & *l.*1. *num.*3. *tit.*18. *lib.*9. quos refert, & sequitur Garcia *d. p.*5. *c.*1. *n.*612. Ac proinde possunt ab Episcopo visitari, ut disponit Concil. *d. c.*8. ibi, *collegia quæcunque.*

Confraternitates laicorum religionis causa institutæ 22
pia sunt, & religiosa loca, ac proinde à sæculari potestate, & jurisdictione exempta, præcipuè si proprium habeant Templum, vel in eis servetur hospitalitas, aut Missæ dicantur, & alia pia opera exerceantur, ut post Covar. *in c. officii, num.*12. *de testam.* resolvunt Fusch. *de visitat. lib.*2. *cap.*14. *num.*4. & 7. Zerol. *in praxi Episc. p.*1. *verb. Confraternitas*, §.4. Ren. Chopin. *de sacra polit. lib.*3. *c.*6. *num.*5. Bobadil. *in sua politica, lib.*2. *c.*18. *n.*228. Marta *de jurisdict. p.*4. *cent.*2. *casu* 113. *à num.*7. Cur. Philipp. *p.*2. §.5. *n.*13. Solis *dict. lib.*2. *de censibus, cap.*3. *n.*12. Castill. *lib.*1. *de usufructu, c.*54. *num.*24. Flores de Mena *variar. lib.*3. *quæst.*21. *à num.*190. Nicol. Garc. *dict. p.*5. *cap.*1. *num.*606. Ugolin. *de potestate Episcopi, c.*11. *in princ. num.*1. 3. & 4. & quod piis causis sint annumeranda, omnibusque gaudeant piæ causæ privilegiis, ex Tiraquell. *de privil. piæ causæ, in præfat. pag.*2. *vers. item relictum Confraternitatibus*, scribit Lusitan.

Luſitan. Bened. Ægid. *in repet. l.1.C.de ſacroſ. Eccleſ. part.1.in initio, n.54.* Cevall. *commun.contra commun. tom.4.q.896.n.983.* Mantic. *de tacitis,& ambig.convent. lib.25.tit.6.n.69.* Marc.Anton.Genuenſ. *in pract. Archiepiſc.Neapol.c.17.* Rot. *in Romana beneficiatus*, 22. *Maij* 1623. coram *R. D. meo Coccino Decano.* Quare
23 † hujuſmodi Confraternitates viſitari poſſe ab Epiſcopis, ut pia loca,expreſsè probat Concil. Trid. *ſeſſ.22. c.8.& 9.*& ultra citatos latè explicant Azeved. *ad l.3. n.9.tit.15.lib.8.Ordin.* Annib. Rocca *in tract. de viſit. in gloſſ.verb.laicorum,*Carol.de Graſſis *de effectibus cleric.effect.1.n.609.* Ex ea ſcilicet ratione, quia Confraternitates auctoritate Epiſcopi, ſeu Romani Pont. ſolent inſtitui, ac ſubinde religioſa loca debent cenſeri, ut probat text. agens de hoſpitalibus *in c. de xenodochiis,* & melius *in c. ad hæc,* ibi, *ſicut moris eſt auctoritate Pontificis deſtinatus, cùm ſit religioſus,*&c. *de relig. domib.*qua ratione ad juriſdictionem Epiſcopi pertinere probant eadem Jura, & notant omnes per text. ibi, *in Clem.quia contingeod.tit.*

24 Verùm hæc reſolutio magis communiter à Doctoribus improbatur: frequentiſſimè enim reſolvunt laïcorum Confraternitates loca pia cenſenda non eſſe, ſed potius profana & ſæcularia,maximè ſi abſque Epiſcopi auctoritate inſtitutæ ſint, ut docuit Bald.*in auth. hoc jus porrectum,n.2.C.de Epiſ.& cler.* ideo reſolvens bona Confraternitatum alienari poſſe ſine ſolemnitatibus requiſitis in alienationibus bonorum Eccleſiæ: quod etiam benè ex communi ſententia comprobat Gama *deciſ.387.* aliàs *ult. n.6.* eandem etiam concl. poſt Abb. *conſ.31. col. pen. part.1.* Paul. de Caſtro, Azor. & plures alios, magis communem teſtatur, & ſequitur Gabriel *lib.6. commun. opin. tit. de pia cauſa, concl.1.n.1.junctο n.7.*Gutierr.*canon.quæſt.lib.1.cap.35. à n.9.* Petr. Gregor. *de Repub. lib.13. cap.2. n.7.* Menoch. *remed.15.recuper. à n.34.*Cardin. Tuſch.*tom.3. litt.E, concl.28.n.5.& tom.3. litt. F, concl.455.*Valaſc. *conſ.105. à n.5.* & in Confraternitatibus Miſericordiæ Regni Portugaliæ Cabed. *p.1.deciſ.51.*Et in Confraternitatibus Corporis Chriſti, Navar.*conſ.4.de foro comp.* & de omnibus generaliter agens Pereg. de Lara *de Capellaniis lib.2.c.1. à n.5.* & cenſuit Rota Romana etiam in Confraternitatibus, quæ habent Altare & campanile *in deciſ. noviſſ.574.num.6. part.1.* & latè poſt Pariſ. & Lambert. Azeved. *dict. l.10. num.26. & 29.*

25 Quare meliùs diſtinguendum puto inter Confrater-
26 nitates Epiſcopi auctoritate,& ſine illa inſtitutas;† illæ enim quæ abſque Epiſcopi auctoritate ſunt inſtitutæ, minimè Eccleſiaſticæ, aut Religioſæ ſunt cenſendæ, ex eo quia qualitatem hanc, ut Eccleſiaſticæ, ſeu religioſæ fiant, ſecundùm Jus Canonicum tribuere non poſſunt privati abſque Prælati auctoritate, ex text. *in c. ad hæc, de relig. domib.* & notant *ibi* Doctores communiter, & alij, de quibus Gonzalez *ad reg.8 Cancell. gloſſ.5. num.38. cum ſequentibus*, & præter ſtatim referendos Valaſc. *d.conſ.105.n.7.* Perez de Lara *d.cap.1.*
27 *à num.5.* † Pias tamen eſſe non eſt negandum; cum enim opera pietatis ibi exerceantur, piis cauſis debent annumerari, ut de hoſpitalibus ſine ea inſtitutis expreſsè reſolvunt Paul. de Caſtro *conſ.167. ad finem, vol.2.* Abb. *in c. de Xenodochiis,num.3.de relig.domib.* Roman. *conſ.477. num.2.* & poſt Bald. Anchar. & alios, quos refert Tiraq. *in præfat. piæ cauſæ, pag.1. verſ. item relictum hoſpitalibus, junctο verſic. ſed alij indiſtinctè*, & poſt Felin. Selvam, & plures alios Gabr. *d. titul. de pia cauſa, concluſ.2. num.2. verſ. contrarium*, Bobadil. *d. num.228. juncta litt. C*, Cardinal. Tuſch. *tom.4. litt.H, concl.158. & concl.163.n.2.& 4. tom 6. litt.P, concluſ.338.* Ex quibus planè colligitur,
28 quod † licèt plures, quos refert Gabr. *d. concluſ.2.in fine, & concl.1. n.17.* voluerint relicta piis cauſis ſolvi non poſſe Hoſpitalibus & Confratriis inſtitutis ſine Epiſcopi auctoritate, longè verius eſt contrarium, ut tenent Tiraq. & Valaſc.*num.38.*& Bened.Ægid.*citatis locis,*noviſſimè me citato *in hoc loco,* Novar. *de variat. fori ſect.2.quæſt.50.num.8. in ult. impreſſ. & quæſt.56. n.3.* Et hinc fit, poſſe Epiſcopum viſitare Confraternitates laïcorum etiam exiſtentes intus Eccleſias Regularium, ac illos ad reddendū computa compellere, non tamen earum Capellas, vel Altaria, quæ intra eaſdem Eccleſias conſiſtunt, ut dixi ſuprà *n.13.* Quoad adminiſtrationem tamen poterit,ut hoc præſenti anno Epiſcopo Imolenſi declaravit *Sacra Congregat.* † quia 29
exempta Eccleſia non cenſentur exemptæ Capellæ Eccleſiæ ſubjectæ, accedentes,vel connexæ, gloſſ. *in c.rogamus 24.q.1. c. cùm capella, de privil.* Brix. *in repert. verb. an exempto monaſterio,*Cochier *in tract.de juriſd. Ordin.in exemptos, p.2.q.45.n.70.*

Quando verò Epiſcopi approbatio intervenir, piæ, 30
& Eccleſiſticæ ſunt cenſendæ, ita ut ſi ipſa corpora conveniantur, ad forum Eccleſiæ pertineat cognitio, probatur ex *dict. cap. de Xenodochiis,* juncto *dict. cap. ad hæc.* Non obſtat diſtinctio Bart. *in l. ultim. n.15. ff. de colleg. illic.* quæ etiam deducitur ex *gloſſ. pen. in cap.1. de locato*, recepta per Covar. *pract. cap.34.n.1. ad med.* & alios, quos referunt, & explicant Decian. *tractat. crimin. lib.4. cap.9.num.41.cum ſequentib.*Armendariz *in addit. ad recopil. legum Navarræ, lib.3. tit.20. de Confratriis, num.9.* & alios, de quibus Azeved. *lib.10. n.25.tit.1. lib.8. Recopil.* dum reſolvunt, quod ſi Collegium ut Collegium convenitur, inſpici debet an major pars ſit clericorum, quia tunc ad Eccleſiaſticum pertinet judicium; ad ſæculare verò, ſi major pars ſit laïcorum: nam ſi diſtinctio vera eſt, de qua dubitat Decian. *ubi proximè*, debet intelligi de Collegiis omninò profanis, ut in Univerſitatibus ſtudiorum, de quibus nominatim agunt; non ita tamen adaptatur collegiis Epiſcoporum auctoritate fundatis ad pia opera, ut bene explicat Azevedo *d. lib. 10. num.27.*

Ex quibus colligitur, res Confraternitatum, quæ 31
Epiſcopi auctoritate inſtituuntur, ut Eccleſiaſticas cenſendas eſſe, & conſequenter ſine ſolemnitatibus requiſitis in rerum Eccleſiaſticarū alienationibus alienari non poſſe, ut poſt Menoch. Lamb. Sfort. comprobat Gutierr. *d.cap.35.n.23.*abſque dubio verum eſt, quando Confraternitates alicui Eccleſiæ Capellæ, ſeu altari unitæ, ſeu affixæ ſunt, quia accedente Epiſcopi auctoritate Eccleſiæ fiunt, ac ſubinde de foro Eccleſiæ res, quæ in earum dominio incorporantur, juxta reg. tex. *in cap. ult. de rebus Eccleſ.* ita ut non ſolùm viſitatio & coactio adminiſtratorum, ut debitæ executioni mandent inſtitutoris voluntatem, ad Eccleſiaſticos judices pertineat, verùm etiam ipſorum proceſſuum, & cauſarum cognitio ſuper ejuſdem bonis, juxta reg. text. *in cap. quanto, de judic.* & quæ notant Doctores communiter, per text. *ibi, in cap. ad noſtram, de rebus Eccleſiæ, & in cap. 1. de reſtit. in integr.* cum ſimilibus, de quibus latè Cardin. Tuſch. *tom.4. lit. I, concl.447. & concluſ.450.* quod ſcilicet quoties agitur de re, quam Eccleſiaſticam eſſe conſtat, vel quod magis eſt, clerici, indiſtinctè cognitio ad judices Eccleſiaſticos pertinet. Subjiciuntur hujuſmodi Confraternitates poteſtati Epiſcopi, ut videlicet poſſint compelli rationem ei reddere, juxta terminos Concil.Trident.*ſeſſ.21.de reform.cap.8.& 9.* prout reſolvit Cened. *pract.& canon.quæſt.lib.1.quæſt.22.n.10. & 14.* vel per eum cogi ad recipiendum, vel rejiciendum aliquem ex eorum cœtu, ex adductis per Bobadil. *in ſua politica,lib.2.cap.17.n.141.* itemque ſi agatur de ipſis rebus Univerſitatis, vel jure aliquo ſpirituali, ita quod ratione rei ſubjectæ juriſdictio ſpectet ad Epiſcopum,in reliquis verò quatumcunque ſint affixæ Eccleſiis, in quibus habent Oratoria, & ſint inſtitutæ auctoritate Epiſcopi, non habent privilegium

gium fori, quale in universum habent personæ Ecclesiasticæ, ut observant Bobadil. *cit. lib. c.* 18. *num.* 228. & novissimè Lotter. *in tract. de re benef. lib.* 2. *q.* 10. *n.* 52. Ex dictis

32 *Primò* infertur resolutio illius quæst. utrum scilicet bona ad Confraternitates pertinentia licitè possint alienari sine solemnitatibus in rerum Ecclesiasticarum alienationibus necessariis? In qua affirmativam partem generaliter, & indistinctè tuetur Bald. *in auth. hoc jus porrectum, num.* 3. *de sacros. Eccles.* sequitur Felin. *in cap.* 2. *num.* 11. *vers. fraternitates, de foro comp.* Paul. de Castro, Paris. & alii, quos refert, & sequitur Gabr. *d. concl.* 11. *n.* 11. Rebuff. *in compendio alienat. n.* 56. & alij, de quibus Gutier. *d. cap.* 35. *num.* 16. Cabed. *d. decis.* 51. *n.* 3. & post Redoan. *de rebus Ecclesiæ non alien. rubr.* 27. *num.* 16. Baptista Costa *de juris & facti ignor. in cons. posito post inspect.* 98. *num.* 3. Filliuc. *tom.* 3. *tract.* 44. *cap.* 4. *num.* 19. novissimè Bonac. *var. tract.* 2. *quæst. unica, punct.* 2. *num.* 10. Quorum fundamentum illud unicum est, quod Confraternitates & collegia laïcorum sunt merè profana, & sæcularia, & ideo solemnitas requisita in alienationibus rerum Ecclesiasticarum, juxta *c. sine exceptione* 12. *q.* 2. *c. nullis, & per totum, de rebus Eccl. non alien.* in illis locum obtinere non potest.

33 Sed Gutier. *ubi proximè, à num.* 22. distinguendum putat; aut enim, inquit ille, bona relinquuntur alicui Confratriæ, vel hospitali, ut illis deserviant, & ad libitum de illis possint disponere; & concludit necessarias non esse prædictas solemnitates rerum Ecclesiarum, & procedere dictam Baldi doctrinam. Aut, inquit, Confraternitas, locus pius, vel oratorium exstructum est principaliter, ut sacrum sit, & Deo Opt. Max. dicetur, & bona eo animo congesta, ut ad opera Oratorij necessaria, nempe pro Missis, & ad pauperes sublevandos perpetua sint: & concludit, quod etiamsi Episcopi consensus non accesserit, locus, & bona pia, & religiosa censenda sunt, & consequenter sine Episcopi auctoritate, & aliis solemnitatibus rerum Ecclesiasticarum alienari non possunt. Verùm hæc distinctio Gutier. in multis peccat, nec aliqua ratione defendi potest; in primis enim inadvertenter, & falsò supponit, Confraternitatem, aut alium pium locum cum Oratorio construi posse, ut ibi Missæ dicantur, sine Episcopi auctoritate, contra decisionem text. *in cap. unicuique, de consecrat. dist.* 1. falsum etiam apertè est dictū secundum distinctionis membrum, dum religiosa, & Ecclesiastica censet bona Confraternitatis, aut Hospitalis, quando sine Episcopi auctoritate construuntur, contra regul. text. *in d. c. ad hæc*, & receptam traditionem, de qua suprà: falsum denique est quod in primo membro supponit, posse sine illis solemnitatibus alienari bona Confraternitatis institutæ cum Episcopi auctoritate, quando relicta sunt, ut possint alienari ad libitum pro necessitatibus Confraternitatis: nam si in ejus dominium transierunt, Ecclesiastica efficiuntur, ex statim dicendis. Hanc distinctionem Gutierrez me in hoc loco improbasse testatur Rota *in Hortana Rectoriarum, 26. Junii* 1630. coram *R. D. meo Coccino Decano*, qui dum essem Romæ mihi retulit, subtiliter & bene me hunc Joannis Gutierrez locum reprobasse; sed cum postmodum elapsis quibusdam annis legerem in oppido Matriti tractatum novum de officio Capellani; auctore Alphonso de Leone, *quæst.* 5. *sect.* 10. *num.* 169. inveni apud ipsum impressam decisionem Rotæ supracitatam, in qua de reprobatione hujusmodi meminit. Quare necessariò recurrendum est ad principalem resolutionem: vel enim Confraternitates, & Hospitalia instituta sunt absque Episcopi auctoritate, & de plano procedit Baldi doctrina, & communis resolutio, quod possint bona ad illa pertinentia licitè alienari sine Episcopi auctoritate, & aliis solemnitatibus rerum Ecclesiasticarum, ex ipsorum ratione, quod bona, & Collegia ipsa, seu loca profana sunt. Aut Confraternitates, & hospitalia instituta sunt cum Episcopi auctoritate, & procedit resolutio supradicta, quod religiosa sunt, & Ecclesiastica, & consequenter eorum bona, ut Ecclesiastica judicanda, & requirunt solemnitates rerum Ecclesiasticarum. Ita in terminis Confraternitatum distinguunt Cardin. & Rochus, quos refert, & sequitur Gama *dec. ult. n.* 6. & ex antiquis Conciliis notat Renatus Chop. *de sacra politia lib.* 3. *cap.* 6 *n.* 6. & in hospitalibus Gabr. *d. conclus.* 2. *num.* 9. & 10. Mascard. *d. conclus.* 869. *n.* 11. Valasc. *d. consult.* 105. *num.* 34. Card. Tusch. *litt. H, concl.* 163. *à n.* 9.

Secundò infertur decisio ad alteram controversiam 34
præcedenti proximam: Utrum scilicet ex bonis Confraternitatum, si vendantur, gabella debeatur, in qua Doctores sic communiter distinguunt; aut enim, inquiunt, Confraternitatum bona ad pios usus relicta sunt, pro Missis scilicet, vel pauperibus alendis, virginibus maritandis, & similia: vel in profanos expenduntur usus, convivia scilicet, ludos, & similia: priori casu inquiunt à gabellæ solutione liberas esse hujusmodi Confraternitates, & Collegia, exemplumque proponunt in Collegiis Salmanticæ, & aliarum Universitatum, institutis pro pauperibus, & scholasticis alendis: in posteriori verò non ita, quam distinctionem ex Baldo tradit Avendan. *de exequendis mandatis part.* 2. *cap.* 15. *num.* 12. & post eum, ac Gabriel. & Salazar. Garcia Gironda *de Gabellis part.* 7. *in princ. n.* 42. Lassarte *de decima venditionis, in addit. cap.* 18. *n.* 9. quos sequitur Azevedo *ad l.* 1. *n.* ... *cum sequentibus, tit.* 28. *lib.* 9. *recop.* & priorum verba transcribit Gutier. *de gabel. q.* 97. *n.* 18. & partim sequuntur Molina *de justitia tom.* 3. *disput.* 671. *in princ.* & Curia Philipp. *part.* 2. *lib.* 1. *c.* 14. Distinctionis fundamentum illud est, quod priori casu Confraternitates, & Collegia illa pia sunt, ac subinde Ecclesiastico quoque privilegio gaudere debent, ex generali regula text. *in l. omnia* 34. *C. de Episcopis, & Clericis*, ex qua vulgò colligitur, pia loca omnibus gaudere Ecclesiasticis privilegiis.

Hæc tamen resolutio difficultatem non absolvit, 35
quia ex eo quod pia sunt Collegia, vel loca, vel quod ad pios usus sunt instituta, non sequitur esse Ecclesiastica, & religiosa, nisi accesserit Episcopi auctoritas. Oportebat distinguere inter Confraternitates, & hospitalia, quæ Episcopi auctoritate, vel absque illa instituuntur, quemadmodum in hospitalibus expressè distinguit Lassarte *in corpore tractatus, cap.* 19. *n.* 90. & post eum, & plures alios, Gironda *dict. part.* 7. *in princ. à num.* 57. & Azeved. *dict. lib.* 1. *n.* 4. Advertas tamen, exemptionem hanc à gabellis, & omnibus aliis tributis Principum sæcularium dari non solùm Ecclesiis, & Ecclesiasticis personis, verùm etiam specificè & individualiter omnibus piis locis, & causis, ut *in authent item nulla communitas, C. de Episcopis, & clericis*, ibi: *Ecclesiis, vel aliis piis locis:* text. optimus *in cap. non minùs, de immunitate Ecclesiarum*, ibi, *de bonis Ecclesiasticis, & Clericorum, & pauperum Christi usibus deputatis*, advertit optimè Molin. *proximè citato loco*, & contra alios prædictorum Jurium immemor Mordern. *de jurisdict. part.* 4. Quare licèt quoad alios effectus, & quæstiones pendentes ex eo, an bona sint Ecclesiastica, attendi oporteat, utrum Confraternitas, aut Collegium sint instituta auctoritate Episcopi, ut supra explicamus, minimè tamen ista inspectio servit ad præsentem articulum de exemptione gabellarum, quia ad illum sufficit, quod bona ad pios usus sint destinata; quod reperitur in omnibus Confraternitatibus, & Collegiis, seu locis, quæ ad pios usus constituuntur, etiam sine Episcopi auctoritate, ut suprà probavimus.

Tertiò infertur, Confraternitates, & hospitalia 36

Episcopi auctoritate instituta beneficio restitutionis in integrum gaudere, prout testatur Sfortia *in tract. de restit. in integr. part. 2. quæst. 3. à n. 57.* novissimè Novar. *in tractat. sive praxi elect. & variat. fori, sectione 2. quæst. 54. n. 4. in ult. impress.* ex ea ratione, quia Ecclesiæ competit remedium restitutionis in integrum, ut probant text. *in c. 1.* ubi Beroi. *n. 1. & 3.* Mantua *n. 3. & 4. & in cap. auditis, de restitut. in integrum, cap. 1. eodem titulo, lib. 6.* ubi Monach. *Clement. unica, eodem tit. gloss. 2. in l. respubl. C. ex quibus causis majores,* Mench. *usufrequent. cap. 9. n. 3.* Cald. Pereira *in l. si curatorem, verb. minoribus, n. 6.* Morla *in emporio Juris, tit. 5. in prælud n. 9. vers. 6.* Molina *de justitia, tract. 1.*
37 *disp. 374. num. 1. & 2.* † Appellatione autem Ecclesiæ comprehenduntur cætera loca pia, de quibus licèt non reperiatur specialiter in jure cautum, prout in Ecclesia; militat tamen in illis eadem ratio, & insuper quia privilegia Ecclesiarum, quale hoc censetur, cæteris locis piis communicata dicuntur, juxta text. *in l. omnia privilegia, C. de Episcopis & Clericis.* Unde quoad Juris effectus pia loca, & Ecclesiæ æquiparantur, ut benè deducitur ex text. *in c. requisiti, vers. secus autem,* ibi, *aut aliis piis locis, de testament.* tradunt in specie Doctores communiter, de quibus Rom. *singular. 272.* Molin. *dict. disp. 574. num. 2.* plures de quibus Caldas Pereira *dicto verb. minoribus, num. 63.* Sfortia *d. q. 3. n. 26.*

38 Verùm circa alias Confraternitates, & hospitalia, quæ sine auctoritate Episcopi instituuntur, non levis est inter scribentes controversia, quod enim indistinctè gaudeant prædicto restitutionis in integrum beneficio, tenent communiter Doctores, qui docent omnia loca, immò quod generalius est, omnem piam causam hoc habere privilegium, ut jure minoris restituantur, ex Joan. Andr. Archid. & Domin. *in d. c. 1. de restitutione in integrum, lib. 6.* & pluribus aliis ex antiquioribus, de quibus Tiraq. *de pia causa, privileg. 138.* Costa *in cap. si pater, verb. ipsis pauperibus, n. 4.* sequitur Cald. *in dict. l. si curatorem, verb. minoribus, n. 64.* & constanter Sfortia *dict. quæst. 3. à num. 26.* novissimè Novar. *dict. sect. 2. quæst. 56. num. 12. in ult. impress.* Ex dictis
39 autem constat, † omnia hospitalia, & Confraternitates, licèt absque Episcopi auctoritate instituantur, pias causas censendas esse; quare de Hospitalibus, & Confraternitatibus agentes eandem resolutionem sequuntur Bald. & Paulus Castrens. *in l. Orphanotrophos, C. de Episcopis, & Clericis,* argumento illius text. quatenus æquiparat Hospitalia minoribus, & alii, quorum meminit Tiraquel. *ubi prox.* & Mascard. *d. conclus. 869. n. 10.* Sequitur Sfortia *dict. quæst. 3. à n. 46.* Quorum fundamentum est præcipuum ex *d. l. Orphanotrophos,* & ex generali conclusione, quam colligunt ex *dict. l. omnia,* quod Hospitalia & alia pia loca gaudent omnibus privilegiis quæ Ecclesiis conceduntur. Deinde receptum est generaliter, non ita hoc benefitium restitutionis minoribus, & Ecclesiis concedi, ut aliis denegetur, in quibus idem favor, & miserationis ratio reperitur, quales cèsentur omnes illi, quorum bona sub aliena cura sunt, vel per administratores gubernantur, ut in Republica, Civitate, Villa, Castro, seu quacumque alia communitate, probat text. *in l. Respub. Cod. ex quibus causis majores, l. Rempub. C. de jure Reipubl. lib. 11.* tradunt Bero. *n. 131. cum sequentib.* Mantua *n. 33.* Abb. *n. 15. in dict. cap. 1. de restit. in integrum.* Maurit. *de restitut. in integrum, cap. 417.* & Sfortia *dict. quæst. 3. art. 9. 10. & 11.* Cald. Pereira *dict. verb. minoribus, n. 61.* Morla *dict. tit. 5. in princip. n. 9. vers. 11.* & alii citati ab Alpha-
40 no *collect. 650.* † Idemque admittendum est in Collegiis, seu Universitatibus sæcularibus, ex eo quia Reipubl. æquiparantur, per *l. 2. §. quibus, ff. quod universitatis nomine,* prosequitur, & distinguit post alios, latè
41 Sfortia *dict. quæst. 3. art. 12.* Denique † inter easdem personas numerantur Fiscus, & Princeps, quòd sunt minoribus, Ecclesiæ & Reipublicæ æquati, juxta regulam *l. ultim. C. de sacros. Ecclesiis,* quod licèt in fisco speciali casu *l. unicæ, C. de sententiis adversus fiscum latis, lib. 10.* absque dubio procedat; in aliis tamen non ita simpliciter verum est, sed cum distinctionibus, de quibus Lucas de Peña *in l. cubicularios, Cod. de Præpositis sacri cubiculi, lib. 12.* Zazius *in l. Princeps, num. 6. ff. de legibus,* Cald. Pereira *d. verb. minoribus, n. 62.* Sfortia *d. q. 3. art. 13. & 14.* Quare si cuilibet Communitati, seu Collegio hujusmodi restitutio conceditur, quia per administratores reguntur, eodem modo concedenda est piis locis, & Confraternitatibus, licèt Ecclesiastica non sint, quia instituta fuerunt sine Episcopi auctoritate.

Contrariam tamen sententiam, quod scilicet hujus- 42
modi Hospitalia, & Confraternitates hoc privilegio juvari non debeant, quando sine Episcopi auctoritate institutæ sunt, expressè sequitur Anchar. *in cap. auditis, num. 9. de restit. in integrum,* cujus sententiam probavit Gabr. *commun. lib. 6. tit. de pia causa, conclus. 1. num. 21. & conclus. 2. num. 16.* Gutier. *Canon. lib. 1 c. 35. num. 14.* Valasc. *dict. consult. 105. num. 44.* Cald. Pereira *dict. verb. minoribus, num. 63.* Sfortia *dict. quæstione 3. numer. 45.* & reliqui, qui sæpe alibi in hoc proposito distinguunt, an prædicta loca, & Confraternitates Episcopi auctoritate instituta sint, necne? Quorum alij ea utuntur ratione, quia putant Confraternitates, & hospitalia piis causis annumeranda non esse. Sed melius ex nostra ratione confirmabis; diximus enim, quod licèt piæ sint, Ecclesiasticæ tamen, & religiosæ non sunt, si Episcopi auctoritate non instituuntur: nullibi verò beneficium restitutionis piis causis indistinctè à Jure conceditur, sed tantum Ecclesiis, & Ecclesiasticis, ac religiosis locis. Ad argumenta verò in contrarium facile videtur responderi posse. Nam ad *dict. l. omnia,* respondetur solùm procedere in hospitalibus institutis auctoritate Episcopi, ut ex communi sententia interpretatur Valasc. *dict. consult. 105. num. 12.* & similiter ad *dict. l. orphanotrophos,* respondet Anchar. *dict. c. auditis, num. 9. in fin.* & sentire videtur Mascard. *d. concl. 869. n. 9.* Marta *de jurisd. part. 4. casu 113. n. 25.* Licèt autem hæc sententia sit in puncto Juris vera, primam tamen, eodem attento, veriorem duco, quia non sine violentia restringitur littera text. *in d. l. orphanotrophos,* ad ea hospitalia, quæ cum Episcopi auctoritate instituuntur: immò æquiparatio, quam text. facit administratoris hospitalium, & tutoris minorum, nihil commune habet cum auctoritate Episcopi, sed omnibus hospitalibus, etiam absque illa institutis, maximè convenit: novissimè hanc quæstionem examinat Fontanel. *Cathalon. decis. 108. & 109. p. 1.* ubi de Confratriis, *& decis. 10 per tot.* an hospitalibus concedatur in integrum restitutio.

Quartò infertur decisio alterius quæstionis in hoc 43
proposito pariter controversæ. Utrum scilicet ex iis quæ Confraternitatibus relinquuntur, quarta Canonica debeatur? In qua quæstione partem negativam tuetur *gloss. 3. in c. 3. de sepultur.* dum resolvit pro relictis in pauperum usus nihil esse detrahendum, & per text. *in l. si quis ad declinandam, §. in omnibus, C. de Episcop. & Clericis,* quatenus illud ipsum disponit, notant Bald. *ibi, n. 19.* Abb. *cons. 31. dub. 2. volum. 1.* Rom. *cons. 477. à num. 18.* & alij, de quibus Petr. de Ubald. *de canon. portione, quæst. 14. num. 15.* & plures de quibus Tiraq. *de pia causa privileg. 28.* & post Rebuff. Menoch. *remed. 25. recuperandæ, num. 32.* & magis communis ex Quaranta *in summa Bullarii, verb. quarta Episcopalis, in fin.* Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 9. c. 12. quæs. 11.* Gutier. *dict. cap. 35 num. 13.* atque ex Marta *de jurisdict. part. 4. cent. 2. casu 113. num. 19.* qui omnes moventur ultra text. *in dict. leg. si quis ad declinandam,* ex ea ratione, quia † solum Jure reperitur expressum, ut hujusmodi 44

quarta

quarta præſtetur ex iis,quæ relinquuntur Eccleſiis, vel piis locis, ut probat text. *in c.officii 14.de teſtam.* & faciunt quæ Valaſc. *conſul.*105. *n.*13. in relictis tamen generaliter pauperibus, vel ſine loci determinatione, non habet locum canonica portio, ut aſſerit Tiraquel. *d.privil.*28. ſicut nec habet locum quando relinquitur aliquid Eccleſiis, vel piis locis ad perpetuum cultum divinum,prout reſolvit Valaſc. *d.n.*13.Veluti quando relinquitur aliquid pro ornamentis Eccleſiæ,ſeu veſtibus,picturis,Calice,& aliis ſimilibus, Bernard. *regul.* 237. *verſ.*1. Læl. Zech. *de repub. Eccleſ. c.*28. *de Paroch.n.*18.*verſ.*9. & Stephan.Quarant.*in ſumma Bullarij,verb.privilegia regularium,verſ.quarta Epiſcopalis, difficult.* 3. ubi *difficult.*2. idem aſſerit de relictis pro reſtauratione Eccleſiæ matricis,ædificatione,& reparatione Eccleſiarum, Monaſteriorum, Hoſpitalium, & aliorum locorum piorum, per text. *cap. ultim.de teſtament.* Cùm ergo Confraternitates hujuſmodi pia loca non ſint, neque ea, quæ eis relinquuntur, locis relinquantur, ſed perſonis, videtur dicendum ex relictis Hoſpitali, ſi Epiſcopi auctoritate inſtitutum ſit, quartam canonicam deberi; quia locus religioſus, & Eccleſiaſticus reputatur, ſecus ſi abſque illa fuerit inſtitutum,ſecundùm Cardin. & plures alios,ex quibus receptum teſtatur Gabr. *dict. concl.* 2. *num.*17. Valaſc. *dict.conſult.*105.*num.*23. & 40. Cardin.Tuſch. *tom.*4. *litt.H, concluſ.*164.& *tom.*6. *verb. quarta, con-*
45 *cluſ.*21.*num.*33.& 35. atque ita † duo requirunt præcitati Doctores, ut quarta canonica debeatur, alterum quod loco relinquatur, alterum quod locus religioſus ſit.

46 At contrariam ſententiam, quod ſcilicet de illis, quæ Confraternitatibus relinquuntur,quarta Canonica indiſtinctè debeatur, tenuit Lapus *in tract.de Canon. portion.num.*13.& 16. & multis argumentis confirmat Petr.de Ubald. *eodem tractat. q.*14. *à n.*18. & poſt eum Barbat.& alios,communem profitetur Covar.*in d.c.officii,n.*12. & ejus verba tranſcribens Gutierr. *d. c.*35. *n.*7.Franciſc.Leo *in theſauro fori Eccleſiaſt. p.*2.*cap.*14. *num.*21. *cum ſequentibus*, Fr. Ludovicus Miranda *in manuali Prælat.tom.*2.*quæſt.*48. *art.*3. *concl.*2. Azevedo *l.*10.*n.*27. *tit.*1.*lib.*4. *recopil.* Eo ducti fundamento, quia ut quarta hæc debeatur,non requiritur,quod Eccleſiis,vel piis locis relinquatur,ſed ſufficit,quod ſit relictum in cauſam piam,ut probare videtur text.*in c. requiſiſti,in princ.de teſtam.* ibi, *teſtatori pro anima ſua legat*, juncto ibi, *Epiſc. debet de illis ſecundum diverſas conſuetudines tertiam,vel quartam portionem habere*, & faciunt quæ Fr.Emman.*qq.Regular.to.*1.*q.*39.*art.*1.qua etiam ratione illam differentiam inter Hoſpitalia privata, vel Epiſcopi auctoritate inſtituta alij rejiciunt, volentes indiſtinctè ex omnibus quartam hanc deberi, quia omnia pia ſunt loca,quamvis Epiſcopi auctoritas non acceſſerit.

Quare pro vera hujus quæſtionis deciſione,& totius materiæ cognitione ſequentes caſus diſtingue.

Primus eſt, quando Hoſpitale auctoritate Epiſcopi inſtitutum, aut Confraternitates eadem auctoritate erectæ, alicui loco ſacro, aut religioſo, aut Capellæ unitæ ſunt, aut affixæ, & in iis certum eſt procedere opinionem Lapi,& aliorum,qui eam ſequuntur, reſolventes deberi Canonicam portionem, quia in toto rigore in illis verificantur verba prædictorum Jurium, quæ indiſtinctè decidunt quartam deberi de relictis Eccleſiis, vel piis locis.

Secundus caſus eſt de Hoſpitalibus, & Confraternitatibus merè profanis, quæ neque auctoritate Epiſcopi,neque ad pia opera exercenda inſtituuntur:exemplum proponit Bald. in Collegiis mercatorum, vel ſcholaſticorum, & ſimilium artium profanarum, & in iis ſecurè procedit ipſius reſolutio,& aliorum qui eam ſequuntur,reſolventes quartam non deberi, quia cùm non ſint loca pia, ceſſat totum fundamentum eam exigendi.

Tertius caſus eſt de Hoſpitalibus ad pia ſine Epiſcopi auctoritate inſtitutis, & licèt quartam deberi ex ea 47
ratione dicendum videretur, quia licèt Eccleſiaſtica non ſint,ſunt tamen pia loca,ut ſuprà reſolvimus: exquiſita verò ratione contra Calderin. *conſ.*23. contrarium reſolvit Roman. *d.conſ.*477.*n.*15.& 19.quia ſcilicet quarta debetur Epiſcopis ratione juriſdictionis ſpiritualis, & curæ,quam habent in Eccleſiis ſuis, & ideò in locis exemptis, quia ſuæ juriſdictioni non ſubjicicuntur, hujuſmodi quartam non deducunt, ut probat text. *in Clement.dudum,*§.*ultra, de ſepult.* & reſolvit Eraſ. à Cochier.*in tract.de juriſd.Ordin.in exemtos,p.*4.*q.*6. concludunt Abb. *in dict.cap.officii*, Angel. *in ſum.verb.Canonica,n.*7. Petr.de Ubald. *d. tract. c.*4. *quæſ.*6. Quare cùm hujuſmodi Hoſpitalia, etiamſi pia ſint, Epiſcopo non ſubjiciantur, ut ſuprà reſolvimus, nó videtur ex illis hujuſmodi quartam deducere poſſe. Sed adverte hanc rationem ſolùm vigere in quarta Epiſcopali, non ita in Parochiali, quæ Parochis debetur,& funeralis dicitur; debetur enim ratione Sacramentorum,quæ Parochus adminiſtrat, & ideo debetur etiam in locis exemptis, ſi ſpeciali privilegio non muniantur, juxta dictum §. *ultra*, & quæ circa decretum Concil.Trid.*ſeſſ.*23.*de reform. c.*13. latè explicat Gutier. *de juramento confirm. p.*2.*c.*4.*n.*2. Franciſc.Leo *in theſauro fori Eccleſiaſt.p.*2.*c.*14. Fr.Emman. *quæſt. Regular.tom.*1.*q.*39.*art.*2. & *tom.*3. *q.*46. Cardin.Tuſch. *tom.*6.*verb.quarta, concluſ.*21. Cochier *d. q.*6. *n.*8. latè Fr.Joan. de la Cruz *de ſtatu religionis*, *lib.*2. *cap.*19. *dub.*5.

Quartus caſus eſt, & in quo tota verſatur difficul- 48
tas, de fraternitatibus ſcilicet, quæ devotionis cauſa fuerint inſtitutæ Epiſcopi auctoritate, ut ibi celebrentur Divina, ac alia pietatis opera exerceantur: nam indiſtinctè ex illis quartam deberi dicendum videbatur, etiamſi Eccleſiæ, aut alij religioſo loco affixæ non ſint; ex ratione, quam ex Covar. & aliis ſecundo loco retulimus, quod ſcilicet piæ ſint cauſæ, & quia in juriſdictione ſint Epiſcopi, atque ita ceſſat fundamentum Romani, de quo proximè. Verùm in hoc quarto caſu contrarium in rigore Juris verius eſt, ex ea ratione, quia ex illis ſolùm quartam deberi Jure expreſſum reperio, quæ Eccleſiis, vel locis piis relinquuntur, qualia non ſunt Confraternitates, quæ nulli Eccleſiæ, Hoſpitali, Capellæ, aut alii pio loco adhærent, ſeu uniuntur. Nec contrarium probat text. *in dict. cap. requiſiſti*, ut ſuprà expendebamus, ſed aliud, vel potius contrarium, quia ex ſequentibus manifeſtiſſimè apparet, facere Pontificem differentiam inter ea, quæ pro animæ ſalute relinquuntur Eccleſiis, aut perſonis, ut ex illis, quæ Eccleſiæ relinquuntur, quarta debeatur, non ita de aliis, quæ relinquuntur perſonis: cùm ergo conſtet Confraternitates loca non eſſe, ſed potius corpus quoddam fictum plurium perſonarum repræſentare, non videtur, quod ex illis quarta ſolvi debeat, juxta motivum Baldi, & Romani, ac aliorum, qui hoc ipſum confirmant ex auctoritate text. *in dict. l. ſi quis ad declinandam*, *ad fin.* §. *in omnibus*, ubi aiunt probari de relicto pauperibus nullam portionem deducere Prælatos, & notavit gloſſ. *in d. cap.* 2. & alij, quos poſt eam retulimus: ſed ſi advertas, allegatio illius text. minimè ſervit ad præſentem quæſtionem, quia *in verſic. ſin autem*, immediatè præcedenti, loquitur de legato facto in perſonas certas, vel etiam certam domum, & utroque caſu negat aliquid deduci poſſe, quod eſt contra noſtram reſolutionem, & prædicta quæ de relictis locis piis quartam deducendam eſſe decidunt. Quare vel ſpecialiter procedit in relictis pro pauperibus, de quo videbis relatos à Tiraquell. *d. privil.* 28.

latè

latè Petr.de Ubald. *d.tract.c.5.principali,n.9.* Vel quod magis eſt, procedit ſecundum Jus Imperatorum, quibus quartæ Canonicæ cognitæ non fuerunt, & propterea Canonicæ dicuntur, & Lapus & Ubald. *in principio ſuorum tract.* annotarunt, quod loquatur de Falcidia, cujus in principio meminit,& de qua ſtatim agendum eſt.

49 *Quintò* infertur ex iis, quæ Confraternitatibus, ſive cum Epiſcopi auctoritate, ſive abſque ea inſtitutis relinquuntur, quartam Falcidiam deduci non poſſe: diximus enim omnes Confraternitates, licèt abſque Epiſcopi auctoritate inſtituantur, pias cenſeri,& inter pias cauſas eſſe connumerandas: ſed conſtat de legatis

50 † ad pias cauſas nullam deduci Falcidiam, juxta text. *in Authent.ſimiliter, C. ad l. Falcidiam*, & in corpore unde ſumitur, *in auth. de Eccleſiaſticis tit. §. ſin autem hæres, collat.9.& ex d.l.ſi quis ad declinandum,ad finem,* ibi,*nulla falcidia in hac parte intercedente,* cum ſimilibus: ex quibus ita hanc concluſionem tradunt ſcribentes omnes ejuſdem loci,ut conſtat ex latiſſimè traditis per Tiraq. *de privil.piæ cauſæ,privileg.*26.Covar. *in c. Rainald.§.3.n.7.de teſtam.*Coſt.*in c. ſi pater,verb. Trebellianica,a n.*13.Donel.*in commentar.juris civilis, lib.*8.*c.*27.*verſ.utrum autem,*Spin.*in ſpeculo teſtamentor. gloſſ.*8.*principali, n.*92.Surd.*de aliment.tit.*8.*privil.*18. *à n.*2. Peregr. *de fideicommiſſ.art.*3.*à n.*62. Gabr.*lib.*4. *commun. tit. ad Trebell.concluſ.*11 Ceval. *commun.contra commun. q.*155. Pichard. *in princ. Inſt. ad l. Falcidiam, n.*42.*&* 69. Flores de Mena *variar. lib.*2. *c.*21. *n.*190.Paul.Comitol.*reſponſor.moral.lib.*7.*q.*10.*num.*3. Marta *de Iuriſdict. part.*4.*centuria* 2. *caſu* 180. Morla *in emporio juris,p.*1.*tit.*5.*in prælud.n.*27.*verſ.neque,*noviſſimè Covar.*d.q.*54.*à n.*7.Ex quibus noſtram illationem ad Confraternitates ita deducunt Bald. Paul. Caſtrenſ. Socin. Alex.Dec.& alij,quos refert, & ſequitur Gabr.*dict.tit.de pia cauſa,concl.*1.*n.*8. & poſt eum Gutier.*d.c.* 35.*n.*12.& Flores de Mena. *ubi proximè.* Et in Hoſpitalibus Felin.Barbat. & alij,quos refert,& ſequitur idem Gabr.*d.tit.de pia cauſa,concluſ.*2.*n.*16. Joſeph Ludoviſ. *Peruſina dec.*30. *num.*8.Flores de Mena *dict. quæſt.*31.*n.*190.Valaſc.*dict.conſult.*105.*n.*39. Maſcard.

51 *concl.*869.*n.*12. † Et in legatis pro alimentis, Lara *in l.ſi quis à liberis,*§.*utrum,n.*17. *ff. de liberis agnoſcend.* Surd. *de aliment. tit.*8. *privil.*18. *n.*4. Et in relictis pro ſtudio Theologiæ,juris Canonici, aut Civilis, Cavalc. *in tract.de uſufructu mulieri relicto, n.* 226. *addent. ad Bart.in l.fideicommiſſa,*§.*Stichus,in litt. A, ff.de leg.*3. Horat.Lut. *in tr.de privil.ſchol.privil.*1. Tiraq. *in tr. piæ cauſæ, in præfat.verſ.item relictum cauſa ſtudij,* Decianus *conſil.*14.*n.*12.*lib.*1. Carolus de Graſſis *de effect. cleric.in prælud. n.*56.

52 Unde manifeſtè convincitur ſententia,& fundamentum eorum,qui contrarium reſolvebant, ex ea ratione, quod Confraternitates loca pia non ſint, ut voluere Corneus,& Pariſius,quos refert, & ſequitur Menoch. *d.remed.*15.*recuperandæ,n.*34. quod quidem non ſufficit: quamvis enim ex dictis verum ſit, Confraternitates loca pia, ſeu religioſa non eſſe, ſunt tamen piis cauſis annumerandæ: at de omnibus piis cauſis falcidiam non deduci expreſsè decidit Imperator. *in d. Authent.ſimiliter,* cum ſimilibus, imò ipſo jure Digeſt.hoc privilegium piis cauſis fuiſſe conceſſum contendit Tiraq. *dict. loco,* ſed melius per text. *in l.*1.§.*ad municipium, & in l. Titia, in princ. ff. ad l. falcidiam,* contra Cujac. reſolvit Coſta *n.*20. Peregr. *n.*62. Donel. *d.* §. *utrum autem, dd locis.* Unde etiam ſuppoſita communi ſententia, quæ reſolvit ſimiliter ex fideicommiſſis univerſalibus, quæ ad pias cauſas relinquuntur, Trebellianicam non deduci, ut docent Bart.Bald.Salic. & alij *in d. Auth.ſimiliter,*& plures,de quibus Tiraq.*privil.*27. & poſt Covar. *conſ.*119. *ubi ſuprà*, communem eſſe utriuſque juris Doctorum ſententiam teſtatur Coſta *n.*21. & latè Pereg. *à num.*62.*dd. locis*: ſequitur etiam Trebellianicam deducendam non eſſe de hujuſmodi fideicommiſſo, ſi confraternitatibus relinquatur,ut poſt Paul, Caſtrenſ. notarunt Maſcard, Valaſc. & Gutier. proximè citatis locis.

Sextò inferunt, ad præſcriptionem rerum pertinen- 53
tium ad Hoſpitalia, & Confraternitates, quæ Epiſcopi auctoritate inſtituta ſunt, tempus quadraginta annorum neceſſariò requiri; diximus enim hujuſmodi hoſpitalia,& Confraternitates Eccleſiaſtica cenſeri, & uti talia eorum bona piis gaudere privilegiis, quæ rebus Eccleſiaſticis conceduntur; ſed conſtat † res Ec- 54
cleſiarum minori ſpatio, quàm quadraginta annorum præſcribi non poſſe,*cap.ad aures,cap.illud,cap.de quarta,* cum multis ſimilibus, *de præſcript.* Igitur meritò hanc illationem deducunt Abb. per text. ibi *in c.accedentibus, notab.*2. *de privileg.* quatenus agens de præſcriptione contra Hoſpitalarios, exigit hanc quadraginta annorum præſcriptionem,ſequuntur Felin. *in d. c.de quarta,à n.*2.Balb.*de præſcript. prima parte quint, in princip. à num.*5. Padill. *à num.*45.*C.de ſervitut.*ubi *num.*50. nuncupatim agit de Confraternitatibus, Valaſc. *d.conſult.*250.*n.*42. Azeved. *d l.*10.*n.*28. contrarium expreſsè reſolventes in Hoſpitalibus, & confratriis inſtitutis ſine Epiſcopi auctoritate, quia ex dictis profana ſunt, nec ſubinde Eccleſiæ gaudent privilegiis, ut reſolvit ultra præcitatos ſic intelligendus Corn. *conſ.*116.*n.*26.*volum.*2. & poſt eum Marta *de juriſdict.p.*4. *centuria* 2. *caſu* 113. *n.*14. noviſſimè me citato *in hoc loco,*Homobon.*de examine Eccleſ.tract.*10. *c.*4.*queſ.*13.*reſolut.*3.*verſ.quo etiam,* & Novar. *d.q.*54. *num.*15.

Quæ ſententia, licèt ex noſtra principali reſolutio- 55
ne rectè deduci videatur, inadvertenter tamen Abb. & reliqui ad ejus comprobationem adducunt text. *in dict. cap. accedentibus*; Hoſpitalarii enim, de quibus ibi, verè religioſi ſunt, nec dubium eſt bona, quæ ad ipſorum pertinent Religionem, verè Eccleſiaſtica cenſeri. Quare meliùs probatur illatio ex eleganti deciſione text. *in authent. de Eccleſiaſt. tit. §. pro temporalibus, collat.*9.ubi expreſsè decidit contra Eccleſias, & alia loca venerabilia ſolam quadraginta annorum præſcriptionem opponi poſſe: addit deinde hoc ipſum generaliter ſervandum eſſe in exactione eorum, quæ ad pias cauſas relinquuntur: ex quo ultra præcitatos ita notarunt plures alij, de quibus Tiraquell. *piæ cauſæ privil.*139.Covar.*in regul. poſſeſſor, part.* 2.§.2.*n.*3. *verſ.imò,* Molin.*de juſtitia, tractat.*2. *diſp.*72. *verſ.hoc vero privilegium.* Unde abſurdum non erit, ſi quis dicat hoc privilegio in materia præſcriptionis gaudere Hoſpitalia, & Confraternitates ad pios uſus, ſive cum Epiſcopi auctoritate, ſive abſque ea fuerint inſtituta; cùm enim jam ex dictis pateat Hoſpitalia, & Confraternitates, in quibus pietatis opera exercentur, piis cauſis annumerari, quia defectus auctoritatis Epiſcopi efficit, ne religioſa, ſeu Eccleſiaſtica ſint; non tamen impedit quominus piæ ſint, ex textu *in d.* §.*pro temporalibus,* generaliter hoc quadraginta annorum privilegium concedente pro omnibus præſcriptionibus eorum, quæ ad pias cauſas relicta ſunt. Nec rectè communis videtur in hoc propoſito diſtinguere inter Hoſpitalia, & Confraternitates, quæ auctoritate Epiſcopi, vel ſine illa inſtituuntur, ſed in omnibus indiſtinctè debet admitti, ex regula *dict.* §. *pro temporalibus*, ut benè conſiderabat Fulgoſius *in l. omnes, n.*13. *Cod. de ſacroſanctis Eccleſiis,* à quo titubans recedit Padill. *in dict.leg.*2.*num.*46. & audacius, & minus rectè Valaſc. *conſult.*105. *num.*43. *ad fin.* Ampliatúrque hæc reſolutio, ut procedat etiam, quando una confraternitas contra alteram vult præſcribere in una Eccleſia contra alteram præſcribente, probat text. *in d. cap.ad aures,& in d. c. de quarta,* cum ſimilibus, de quibus Tiraquell.

raquell. *d. privilegio 26. vers. contrarium*, Bald. *n.* 4. & Covar. *n.* 3. *de locis.*

56 *Septimò* infertur, Hospitalia quæ Episcopi auctoritate fuerint instituta, gaudere immunitate Ecclesiastica, ita ut delinquens ad illa confugiens securus sit, resolvunt Padil. *in d. l.* 2. *num.* 49. Covar. *lib.* 2. *variar. cap.* 20. *n.* 4 *in fin. vers. tertiò constat.* Renat. Chop. *in lib.* 2. *Monasticon, sive de jure cœnobiorum, tit.* 1. *art.* 27. Mascard. *de probat. concl.* 869. *n.* 18. Farin. *in praxi criminali, quæst.* 28. *n.* 36. Decian. *tract. crimin. lib.* 6. *cap.* 24. *n.* 32. *& cap.* 35 *n.* 18 *&* 19. Suar. *de relig. tom.* 1. *in tract. de locis sacris, lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 9. Curia Philippica *p.* 3. §. 12. *n.* 1. Flores de Mena *variar. lib.* 3. *quæst.* 21. *num.* 175. *& sequentibus*, Giurba *cons.* 10. *num.* 4. *vers. & si hospitale*, Valasc. *consult.* 106. *num.* 42. Bobadil. *in sua politica, lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 80. Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 9. *cap.* 8. *col.* 1023. Cardos. *in praxi judicum & advocator. verb. Ecclesia, n.* 75. Nicol. Garcia *de benefic. part.* 5. *cap.* 1. *num.* 61. *&* 62. Camil. Borrel. *in sum. omnium decis. sub tit. de his qui ad Ecclesias confugiunt, num.* 64. Ludov. Miranda *de ordin. judic. q.* 16. *art.* 7. *concl.* 2. *in fine*, me citato *in hoc loco* Ciarlin. *controvers. forens. lib.* 1. *cap.* 116. *n.* 7. me citato in hoc loco, novissimè D. Felician. de Vega, nunc Archiep. Mexicanus *in relect. cap. cùm sit generale, de foro competent. num.* 45.

57 Ordinarii, ut ad rem redeamus, in petenda ratione ab administratoribus piorum locorum debent esse soliciti; ipsi enim administratores, tam Ecclesiastici, quàm Laïci, fabricæ cujusvis Ecclesiæ, etiam Cathedralis, Hospitalis, confraternitatis, eleemosynæ, montis Pietatis, & quorumcunque piorum locorum rationem reddere tenentur singulis annis suæ administrationis Ordinario, consuetudinibus, & privilegiis quibuscunque in contrarium sublatis, nisi secus fortè in institutione, & ordinatione talis Ecclesiæ, seu fabricæ expressè cautum esset. Hæc sunt formalia ferè verba Concilii Trident. *sess.* 22. *de reformat. cap.* 9. de cujus materia vide Gutierr. *lib.* 1. *cap.* 35. *num.* 19. *& sequenti*, Flores *variar. lib.* 3. *quæst.* 21. *num.* 108. *cum multis sequentibus.* Stephan. Gratian. *disceptation. forens. cap.* 395. Aloys. Ricc. *in collect. decis. part.* 3. *collect.* 714. Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell. glos.* 1. *num.* 45. *& gloss.* 29. *n.* 3. Marta *de jurisdict. p.* 2. *c.* 18. *n.* 6. 9. & 10. Rot. Roman. apud Farin. *decis.* 255. *p.* 1. *tom.* 1. *recentior.*

58 De omnibus locis piis Episcopo ratio reddenda est ab administratoribus, sive ea sint publica, sive privata, Ecclesiastica, vel laïcalia: refert decisum Armend. *in addit. ad recopil. legum Navarræ, lib.* 1. *tit.* 18. *l.* 7. *n.* 78.

59 † possunt ab hujusmodi administratoribus rationes administrationis exigi, donec coram eodem Ordinario doctum fuerit de institutione, in qua secus expressè cautum sit, prout decisum refert Marta *de ju-*

60 *risdict. d. loco*, & † Episcopi valent laicos compellere ad executionem, ut tenent Stephan. Gratian. *Marchiæ decis.* 189. *dub.* 2. quem refert Aloys. Ricc. *d. collect.* 714.

61 *in fin.* † Et hæc potestas transit in Capitulum Sede vacante, Quarant. *in sum. Bullarii, verb. Capitulum, vers.* 7. *pag.* 136. Zerol. *in praxi Episcop. p.* 2. *verb. Capitulum*, §. 9.

62 Si quis autem administrator piorum locorum videns se constrictum ad reddendam rationem suæ administrationis, appellaret, licèt admittatur appellatio, non propter hoc impeditur, aut suspenditur executio: ita refert decisum Zerol. *in praxi Episcopali, part.* 1. *verb. Hospitale*, §. 3. *vers.* 6. me citato in hoc loco, Ho-

63 mobon. *d. q.* 13. *resol.* 3. *vers. adverte.* Et † quamvis tantùm semel in anno Episcopis videatur cõcessa potestas exigendi rationes à prædictis administratoribus, tamen pluries repeti possunt, præcipuè quando Episcopo constiterit illas dolosè redditas fuisse, vel quando redditio non fuit finalis & plena, cum restitutione reliquorum: ita Aloys. Ricc. *in praxi fori Ecclesiastici, resol.* 134. *in* 2. *edit.*

De Confraternitate illa, quæ Montis Pietatis dici- 64
tur, cujus meminit Concilium Tridentinum *d. cap.* 9. multa tradunt Doctores, quos plena manu refert Cened. *ad Decretal. collect.* 41. *num.* 1. apud quos videre poteris plura in comprobationem horum montium omnino pauperum refugio necessariorum, quibus addo Molfes. *in sum. Theolog. moralis, tract. de contract. tit.* 12. *cap.* 7. *n.* 25. *tom.* 2. novissimè Novar. *d. sect.* 2. *quæst.* 57. *&* 58. Sigism. Scacc. *in tract. de commerc.* §. 1. *q.* 1. *n.* 440. *cum seqq.* Petr. Gegor. *de republic. lib.* 13. *c.* 16. *à n.* 8. Baptistam Gemin. *de usuris, comment.* 3. §. 3. Bañes *q.* 78. *art.* 4. *ad fin.* plenè Perez de Lara *de Capellaniis, lib.* 1. *cap.* 23. Quarantam *in summa Bullarii, verb. Montes pietatis*, Bonac. *de contract. disp.* 3. *q.* 3. *punct.* 12. & melius quàm omnes de illius validitate, & occurrentibus dubiis tractarunt ex religiosissimis Patribus Societatis Jesu, Toletus *in instructione Sacerdotum, lib.* 5. *cap.* 38. *num.* 5. Valent. *tom.* 3. *disp.* 5. *q.* 23. *punct.* 4. Molin. *de justitia, tract.* 2. *disputat.* 325. Lessius *eodem tract. lib.* 2. *cap.* 20. *dub.* 23. Rebell. *de obligat. just. part.* 2. *lib.* 8. *quæst.* 14. Paul. Comitol. *respons. moral. lib.* 3. *q.* 35. Azor. *institut. moral. part.* 3. *lib.* 5. *cap.* 8. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitentialis, lib.* 23. *num.* 206. Salas *de contract. tractatu de usur. dub.* 33. *n.* 3. Dubium occurrit *an Constitutio S. mem. Pauli V. prohibens dispositionem pecuniæ Montium pietatis in alios quàm Pauperum usus in ipsorum Montium erectione præscriptos, absque Sedis Apost. licentia, comprehendat dispositionem frumenti eorundem Montium, quod mutuo datur pauperibus, Sacra Cong. Cardinalium negotiis Episcoporum præposita censuit hujusmodi Constitutione prohiberi etiam dispositionem frumenti in alios quàm pauperum usus, juxta modum & formam in erectione Montium præscriptam.* Romæ die 14. Febr. 1631. Fr. Anton. Card. S. Honufrii, P. Fagnanus Secret.

Cætera de visitatione si scire cupias, consule Doct. 65
in c. 1. *de censibus, lib.* 6. Pavin. *in tract. de Visitatione*, qui & *Baculus pastoralis inscribitur*, Petr. Subert. *de cultu vineæ*, Socinum *de visitatione*, Fuscum *de visitatione*, Paulum Salodium *in praxi compendiosa de visitatione*, Felicianum Comensem *in manuali visitatorum*, Matthæum Suarez Lusit. *in praxi visitationum*, Altamiranum *de visitatione.* Alphons. à Villadiego *in speculo visitationum*, Annib. Rocca *de visitatione.*

Allegatio LXXVI.

Episcopo prædicandi munus quando incumbat.

SUMMARIUM.

1 *Prædicationes populo facere præcipuus Episcoporum munus est.*

2 *Prædicatio Episcopo non conceditur extra suam diœcesim, cùm possit prohiberi ab Ordinario loci.*

3 *Privilegium Episcoporum, ut per universum mundum possint prædicare, intelligitur, nisi in alienis diœcesibus prohibeantur ab Episcopis locorum.*

4 *Prædicationis munus si Episcopi impediti populo facere non valent, ad illud salubriter exequendum viros assumere debent.*

5 *Prædicatorum deputandi munus ad Episcopum pertinet impeditum aliqua causa ex relatis in* cap. inter cætera, de offic. Ordin.

6 *Prædicatoris electio, & deputatio ad solos Episcopos in eorum Cathedralibus spectat, nulla habita ratione*

ratione cujuscunque consuetudinis, etiam immemorialis.

7 *Capitulum in electione concionatoris in Ecclesia Cathedrali nihil potest.*

8 *Prædicatores pro Ecclesiis suæ diœcesis à solo Episcopo absque Capituli consensu deputari possunt.*

9 *Prædicatoris munus obire per se volentes, qui animarum curam habent, non debent prohiberi.*

10 *Prædicator pro sola obligatione concionandi potest exigere pretium, locando libertatem suam.*

11 *Prædicatores deputandi sunt impensis eorum, qui eos præstare tenentur, vel solvunt.*

12 *Consuetudo ubi viget, quod populus solvat concionatori, est servanda.*

13 *Prædicatorum solita merces nulla ex parte à pensionariis est exigenda, atque minus si populus hos sumptus facere solebat.*

14 *Prædicatoribus mercedem solitam exhiberi communitas dare debet, si ex consuetudine immemoriali constat eam olim fuisse illis exhibitam.*

15 *Prædicator pro quadragesima quorum expensis sit conducendus, quando dubitatur, debet Episcopus interim proprio sumptu conducere illum.*

16 *Parochus quando nullum adest solitum, nec consuetudo, si habeat reditus sufficientes, solvere tenetur prædicatori, si verò sit pauper, tunc tenebitur populus.*

17 *Prædicatores Regulares prædicare volẽtes in Ecclesiis sui Ordinis, debẽt à superioribus de vita, moribus, & scientia examinari, & approbari, & obtẽta ab eis licentia, cum ea personaliter se corã Episcopo præsentare, & ab eo benedictionem petere.*

18 *Regulares prædicare volẽtes in Ecclesiis, quæ sui Ordinis non sunt, ultra licentiam suorum Superiorum etiam Episcopi licentiam impetrare coguntur.*

19 *Regulares quando in Ecclesiis suorum ordinum prædicare volunt, obtenta suorum superiorum licentia, debent ab Episcopo petere benedictionem, si tamen eam minimè obtinuerint.*

20 *Regulares prædicatores quando in Ecclesiis suorum ordinum, invitis, aut contradicentibus Episcopis prædicare non possint, ostenditur.*

21 *Prædicatori idoneo non est deneganda licentia prædicandi, nec potest eum Ordinarius ad libitum, & sine rationabili causa suspendere à prædicatione.*

22 *Prædicatorem si Episcopus suspendat, non tenetur causam exprimere quare ad hoc prohibendum moveatur.*

23 *Prædicatores regulares an possint de doctrina examinari ab Episcopis, ostenditur.*

24 *Regulares in Ecclesiis quæ suorum ordinum non sunt absque Episcopi licentia prædicantes, non ab eo, sed à suis Superioribus puniri debent.*

25 *Parochus, ut in sua Ecclesia prædicetur, potest dare licentiam approbatis ab Ordinario.*

26 *Parochus pro duabus, aut tribus vicibus potest impunè prædicandi licentiam concedere alicui viro docto, & noto Regulari, sive sæculari, nondum præsentato coram Episcopo, saltem si semel fuerit approbatus ab aliquo Ordinario, & Episcopatus constitutio non prohibeat.*

27 *Religio Societatis Iesu habet privilegium, ut sui prædicatores ab aliquo Ordinario semel approbati, & à suis superioribus deputati possint prædicare verbum Dei, non repugnantibus Curatis in oppidis & locis, ubi non adest Episcopus.*

28 *Regulari potest Episcopus interdicere ne prædicet licentia non petita, etiam non reddita causa.*

29 *Constitutiones Pij V. quibus concessum erat regularibus, ut irrequisito, & contradicente Episcopo prædicare possent, per Gregorium XIII. revocatæ, & ad terminos juris, & Concilij Trident. redactæ fuerunt.*

30 *Prædicare debent, vel facere prædicare Episcopi tempore Quadragesimæ, & Adventus Domini.*

31 *Episcoporum arbitrio relinquitur, an tempore Quadragesimæ, & Adventus quotidie, vel tribus diebus in hebdomada, vel minus prædicandum sit.*

32 *Correctores civitatum facere possunt, etiam renitente Vicario generali, ut saltem omnibus diebus Dominicis, & solemnibus festis populo prædicatio fiat.*

33 *Professionem Fidei exigere debent Ordinarii à Regularibus, antequam officium prædicandi assumant.*

34 *Parochiæ suæ interesse unusquisque tenetur pro audienda prædicatione, si commodè id fieri potest.*

35 *Populus admonẽdus est, ut diebus Dominicis, & festis majoribus frequentet suas parochias, excommunicãdus tamen non est, si admonitioni non paruerit.*

36 *Populum non potest Ordinarius cogere mulctis, vel pœnis ire ad audiendam sacram concionem, & Missam in Ecclesia Parochiali.*

37 *Doctrinam Christianam, & Fidei rudimenta pueris in singulis Parochiis Dominicis, & aliis festivis diebus edocendam esse, meminit Conc. Trident.* sess. 24. de reformat. c. 4. in fine.

38 *Ordinarius an possit mulctis & pœnis cogere pueros ad discendam doctrinam Christianam, ostenditur.*

39 *Fidei rudimenta ad quæ teneamur sub peccato mortali, qualia sint, ostenditur.*

40 *Absolvendus an sit ille, qui orationem Angelicam & Dominicam, Symbolumque Fidei, ac præcepta Decalogi edisce re non curat.*

41 *Matrimonium ne contrahant, an possint impediri illi, qui orationem saltem Angelicam, & Dominicam non didicerint.*

42 *Prædicationis munus committi potest Sacerdoti, aut aliis duobus sacris Ordinibus insignitis.*

43 Cap. adjicimus, 26. q. 1. *declaratur.*

44 *Prædicare non est actus proprius alicujus Ordinis, sed potiùs jurisdictionis.*

45 *Prædicandi munus per Episc. committi potest etiam clerico, qui non sit in Sacris constitutus.*

46 *Prædicatio tempore cujuscunque interdicti licita est.*

47 *Prædicatores verbi Dei quales esse debeant, ostenditur.*

48 *Prædicatoribus errores, aut scandala disseminantibus in populum, quamvis Regulares sint, potest Episcopus prædicationem interdicere, etiam in suis monasteriis.*

49 *Contra prædicatores etiam Regulares hæreses prædicantes procedit Episcopus.*

MAXIMUM, ac præcipuum munus Episcopi est prædicandi, & docendi, ut probat Alzed. *de præcellent. Episcop. dignitat. parte prima, c. 13. n. 98.* & ostendit Apostol. dum scribens ad Titum Episcopum ait: *Prædica verbum, insta opportunè, importunè, argue, obsecra, increpa:* & post pauca: *Opus*, inquit, *fac Evangelistæ, ministerium tuum imple.* Christus quoque Apostolos suos, quos constituit Episcopos, mittens in Mundum universum, prædicare jussit Evangelium omni creaturæ, neque id tantùm, sed docere etiam omnes gentes ea quæ pertinent ad salutem. Hinc Evaristus Papa *in c. sicut vir, 7. q. 1.* sic ait: *Episcopus debet opportunè, & importunè, atque sine intermissione Ecclesiam docere, & illa cum tanta reverentia ejus doctrinam suscipere debet, eumque diligere ut legatum Dei, & præconem veritatis.* Unde idem summus Pont. *in c. Diaconi, il 2. 93. dist.* prædicanti Episcopo septem Diaconos instituit, qui eum, dum Evangelicæ prædicationis officio fungeretur, diligenter custodirent, eique prædicanti assisterent, propter honorem verbi Dei, & propter testimonium veritatis; nam secundum Apost. *ad Timoth. 3. Oportet Episcopum testimonium habere bonum* 1

ab

ab eis qui foris sunt, ut non in opprobrium incidat. Unde *ad Titum* 2. *Verbum*, inquit, *Episcopi sanum opus esse, & irreprehensibile, ut is qui ex adverso est, vereatur nihil mali inveniens, quod opponere valeat:* & observat Glossa *vers. præsumat, in c: nullus Episcopus, de consecr. distinct.* 1. quod Mitram, & Baculum habere debet Episcopus dum prædicat, quia tunc allegat causam Dei apud populum.

3 Est igitur prædicationis munus præcipuum Episcopi, *cap. Episcopus, il* 3. 88. *dist.* Concil. Trid. *sess.* 5 *de reformat. c.* 5. Campan. *in diversorio Iuris canon. rubr.* 11. *c.*13. *n.*13. & id ex pluribus Conciliis comprobat Pet. de Bollo *in œconomia canon. classe* 3. *c.*3. §.1. *pag.* 373. *cum seqq.* intra suam scilicet diœcesim, extra illam enim non conceditur ei prædicatio, cùm possit prohiberi ab Ordinario, cujus est diœcesis: ita declaratum fuisse per Clementem VIII. referunt Piasec. *in praxi nova Episc. p.*2. *cap.*3. *n.*16. Fusc. *de visit. lib.*2. *c.*20. *n.*23. Aloys. Ric. *in decis. Curiæ Archiepisc. Neapolit. decis.* 180. *p.*2. *& in praxi fori Ecclesiast. cap.*543. *in* 1. *edit. & resol.*465. *per totam, in* 2. *edit.* Campan. *d. cap.*13. *num.*7 *in princ.* Stephan. Gratian. *discept. forens. c.*393. *à n.*9. ubi *n.*11. resolvit, quod privilegium Episcoporum, ut per universum mundum possint prædicare, juxta illud *Matth.*8. & *Marci ult. in cap. in novo, distinct.* 21. intelligitur, nisi in alienis diœcesibus prohibeantur ab Episcopis locorum, quasi potestas prædicandi sit intelligenda in proprio populo, non in alieno. Fusc. *d. cap.*10. *num.*23. *in fine.* Unde laborare summopere debet Episcopus, ut quando potest, prædicet, aliàs sciat se non esse immunem à peccato mortali, ut tenet novissimè Lauret. de Franchis *in controvers. int. Episc. & Regulares, pag.*150. *in resp. ad* 13.

4 Si verò Episcopi, Archiepiscopi, Primates, vel alii Ecclesiarum Prælati legitimo detineantur impedimento, tunc viros idoneos ad sanctæ prædicationis officium salubriter exequendum, potentes in opere & sermone assumere debent, qui plebes sibi commissas verbo ædificent & exemplo, juxta caput *Episcopus nullam,* 88. *distinct.* & Concil. Trid. *sess.*5. *de reform. cap.*2. & *sess.*24. *de reform. cap.*4. Filesac. *de sacra Episc. auctorit. cap.*1. §.4. & *cap.*15. me citato *in hoc loco,* Alzed. *d. p.*1. *cap.*13. *num.*100. Ex quibus duobus Concilii Tridentini decretis, teneri etiam hoc munus per se, vel per alios exequi Archipresbyteros, Plebanos, & quoscumque alios Parochiales, vel alias curam animarum habentes Ecclesias quovis modo obtinentes, docemur: quinimò ut in eos contemnentes hoc adimplere, etiam in exemptos excandescere valeant Episcopi supradicti, tanquam delegati Apostolici, in eisdem capitibus statuitur, quibus etiam ea adhibetur cautio, ne quis Regularis, aut Sæcularis concionetur, nisi examinatus, probatus, & prædicandi licentiam adeptus. Aloys. Ric. *in praxi aurea, resol.*290. Nam prædicans sine licentia Episcopi in excommunicationem incurreret, *cap. excommunicamus, il* 1. §. *quia verò, de hæret.* Rendina *in promptuario recept. sent. tomo* 1. *tit.*17. *n.*24.

5 Munus deputandi Prædicatorem pertinet ad Episcopum impeditum aliqua ex causis delibatis *in c. inter cetera, de off. ordin.* nisi in contrarium sit consuetudo ab immemoriali tempore: ita decisum referunt Zerola *in praxi Episc. p.*1. *verb. prædicatio,* §.7. Franc. Leo *in thesauro fori Ecclesiast. p.*1. *cap.*8. *sub num.*4. Armendariz *in addit. ad recopil. legum Navarræ, lib.*4. *tit.*30. *l.*3. *de prædicatoribus sacræ Scripturæ, num.*2. Campan. *d. c.*13.

6 *num.*14. † Electio tamen, & deputatio Prædicatoris in Cathedralibus Ecclesiis ad solos earum Episcopos spectat, nulla habita ratione cujuscumque consuetudinis, etiam immemorialis, qua talis deputatio Capitulo, vel Episcopo unà cum Capitulo, sive de ejus consensu, aut cuivis alteri competeret: in aliis verò Ecclesiis non est sublata immemorialis consuetudo nominandi, vel præsentandi Prædicatorem, ut pro illis Ecclesiis decisum refert Armendariz *d. loco, num.*11.15. & 18. & Lauret. de Franchis *ubi suprà, pag.* 148. *in resp. ad* 9. † Et ita 7
Capitulum in electione Concionatoris in Cathedrali nihil potest. Armendariz *n.*21. † Et pro aliis Ecclesiis 8
à solo Episcopo absque ipsius consensu deputari possunt hujusmodi Prædicatores. Armend. *num.*2. † Et si 9
curatores animarum per se volunt munus Prædicatoris obire, non debent prohiberi. Armend. *num.*20.

Et cùm Concionator possit pro sola obligatione exi- 10
gere pretium locando libertatem suam, ut resolvunt Ugolin. *de simon. tab.*1. *cap.*9. §.1. *num.*6. & § 2. *num.*3. & *cap.*44. §.2. *num.*18. *in fine,* Cardinalis Tolet. *in sum. libro* 5. *cap.*88. *num.*6. videndum quis debeat expensas subministrare? Quidam per Concil. Tridentinum *d. c.*4. ibi, *vel tenentur, vel solent,* apertè fatentur † Prædica- 11
tores deputandos impensis eorum qui eos præstare vel tenentur, vel solent. Quod etiam pro Ecclesiis Cathedralibus intelligendum, dicit decisum Armend. *d. loc. num.* 27. & Lauret. de Franchis *loco prox. cit.* Tamen in optione Episcoporum est, utrùm ipsi malint Prædicatores eligere, aut deputare, quando populus illos, etiam ab immemorabili tempore eligere, & nominare consuevit, vel prædictam nominationem ex immemoriali consuetudine relinquere; ita tamen, ut si Episcopus electionem, deputationemque Prædicatoris facere voluerit, populum ad erogandas eleemosynas non compellat: sin verò populum prædicta facultate eligendi Prædicatorem Episcopus uti sinat, eundem populum cogere poterit ad eas expensas, & eleemosynas Prædicatori præstandas, quas ipse populus in hanc causam præstare solitus est: refert decisum Armend. *dicto loco, num.*11. & 17.

In Ecclesiis verò inferioribus, ubi viget consuetudo, 12
quod populus solvat Concionatori, ea est servanda, nisi forsitan facultas nominandi Prædicatorem Universitati ab immemoriali tempore competeret, & Episcopus talem nominationem sibi vindicaverit: ita decisum refert Armendariz *d. loco, num.* 22. novissimè, me citato *in hoc loco,* Sperellus *decis.* 70. *à princ.* Et † merces, 13
quæ Prædicatoribus tribui solet, nulla ex parte à pensionariis est exigenda, atque eo minùs si populus hos sumptus facere solebat, idem Armendariz *num.* 23. Si ex publico civitatis ærario Concionatori solent eleemosynæ dari, ea consuetudo servanda est, *ibid. num.*24. Sic etiam Prædicatoribus mercedem exhiberi solitam 14
Communitas dare debet, si ex consuetudine immemoriali constat, eam olim fuisse illis exhibitam: refert decisum Galet. *in Margarita casuum conscientiæ, verbo Prædicatores* 1.

Dum est dubium, quorum expensis sit conducendus 15
Concionator pro Quadragesima, debet Episcopus interdum proprio sumptu conducere illum, decisum referunt Zerola *in praxi Episc. p.*1. *verbo Prædicatio,* §.7. & Armendariz *dicto loco, num.*4. Si verò nullum adest solitum, nec consuetudo, solvet Parochus, si habeat redditus sufficientes; nam cùm sit proprium onus ipsius Parochi, per seipsum, vel per alium idoneum verbum Dei prædicare tenetur, ut in Concilio Trid. *dicto cap.*2. Si per seipsum non potest, debet per alium propriis expensis supplere. † Si verò Parochus est pauper, 16
qui ex redditibus & emolumentis Ecclesiæ expensas necessarias Prædicatori subministrandas sustinere non possit, tunc populus tenebitur, cùm sit rationi consonum, quod Prædicatores tali casu ab iis quibus seminant spiritualia, temporalia metant. D. Paulus 1. *ad Corinth.*7. *cap. cùm ex officii, circa fin. de præscr.* me citato novissimè Sperel. *d. decis.*70. *n.*15.

Prædicatores Regulares prædicare volentes in Ec- 17
clesiis sui Ordinis, debent à Superioribus de vita, moribus, & scientia examinari & approbari, & obtenta ab eis licentia, cum ea personaliter se coram Episcopo præsentare, & ab eo benedictionem petere, sine qua illis pædicare non conceditur. Concil. Trident. *sess.*5.

de reformat. c.2. ibi, *cum qua licentia perſonaliter coram Epiſcopis ſe præſentare, & ab eis benedictionem petere teneantur, antequam prædicare incipiant.* Quod
18 † ſi in Eccleſiis, quæ ſui Ordinis non ſint, prædicare ve int, ultra licentiam ſuorum Superiorum, etiam Epiſcopi licentiam impetrare coguntur, ſine qua nullo modo valent prædicare in Eccleſiis non ſui Ordinis, ex diſpoſitione Concilii Trid. *d.c.2.* ibi: *In Eccleſiis verò, quæ ſuorum Ordinum non ſunt, ultra licentiam Superiorum, etiam Epiſcopi licentiam habere teneantur, ſine qua in ipſis Eccleſiis non ſuorum Ordinum nullo modo prædicare poſſunt, ipſam autem licentiam gratis Epiſcopi concedant,* reſolvunt Ugolin. *de poteſtate Epiſcopi c.42. §.2.n.4.* optimè Miranda *in manuali Prælatorum, tom.1. q.50.art.2.* Campanil. *in diverſorio Juris Canon. rubr.12. c.13. à n.6.* Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea, reſolut. 290.* Homobon. *de examine Eccleſ. tr.2.c.3.queſ.36.* Alzed. *d.p.1.c.13.n.102.* Laurent. de Peirinis *tom.1. de ſubdito, q.1. de obedient.c.22.* Gavant. *in man. Epiſcop. verb. Concio ſacra, n.16. 51. 53. & 54.* Lezana *in ſum. qq. Reg. p.1.c.20.n.2.*

19 Super quo reperi deciſum Regulares in Eccleſiis ſuorum Ordinum prædicare volentes, non teneri ab Epiſcopo licentiam obtinere, ſed tantùm à ſuis Superioribus de vita, moribuſque, & ſcientia examinari, & approbari debere, ac ab eis habere licentiam, & cum ea ſe perſonaliter coram Epiſcopo præſentare, ab eoque petere benedictionem, tametſi eam minimè obtinuerint, referunt Armend. *in addit. ad recopil. legum Navarræ, lib.2.tit.18.l.7. de Religionib.n.56.* Fr. Emman. *qq regul. tom.3.q.32.art.5.* Aloyſ. Ricc. *in dec. Curiæ Archiep. Neapol. dec.219. p.2. & in praxi fori Eccleſiaſt. reſol.633. in 2.edit.* Galet. *in margarita caſuum conſcientiæ, verb. licentia,* Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.18. num.123.* Laurent. de Peirinis *d. c.22.* Lezana *d. c. 20. num.3.*

20 Prædicatores Regulares, etiam in Eccleſiis ſuorum Ordinum, invitis, aut contradicentibus Epiſcopis prædicare non poſſunt, ut probat Concil. Trid. *ſeſſ.24. de reform. c.4.* ubi dicitur, ne ullus ſæcularis, ſive Regularis, etiam in Eccleſiis ſuorum Ordinum, contradicente Epiſcopo prædicare præſumat. Campanil. *d. c.13.n.8.* Miranda *d. quæſt. 50. art.3. concluſ.1.* ubi dicit ſupradictum decretum de non prædicando contradicente Epiſcopo, quoad Regulares intelligendum eſſe ad limitandum de illo tempore, & hora, qua Epiſcopus prædicare voluerit, aut coram ſe facere ſolemniter prædicari, non verò aliàs, ne ſibi ipſi contraire videatur, dum primò, ſcilicet *ſeſſ.5. de reform. c.2.* concedit prædicatores Regulares prædictos in Eccleſiis ſuorum Ordinum cum ſola Epiſcoporum benedictione poſſe prædicare, etiam non habita expreſſa licentia: poſtmodum verò in prædicto decreto præcipitur, ut non præſumant prædicare, etiam in Eccleſiis ſuorum Ordinum, contradicente Epiſcopo. Laurent. de Peirinis *ad privil. Minim. tom.1. conſt.2.* Greg. XIII. *§.2. n. 21.* me citato
21 *in hoc loco,* Diana *moral. reſol. p.3. tr.2. reſol.58.* † Si præſentatus Ordinario fuerit prædicator idoneus, juxta *c.2. ſeſſ.5. de reform.* non eſt ei deneganda licentia, nec poteſt Ordinarius ad libitum, & ſine rationabili cauſa ſuſpendere à prædicatione: ita Armend. *in additionibus ad recopil. legum Navarræ, lib.4.tit.30.l.3. de Prædi-*
22 *catoribus, n.8. & 9.* † Si tamen ſuſpendat, non tenetur cauſam exprimere, quare ad hoc prohibendum moveatur, prout referunt deciſum Franciſc. Leo *in theſauro fori Eccleſiaſtici, p.1. cap.8. num.9.* & Campanil. *dict. cap.13.n.8.*

23 Dubitatur tamen, an Regulares concionatores poſſint ab Epiſcopis examinari de doctrina? In qua quæſtione Henriq. *in ſumma, lib.10.n.23. in commento litter. L,* tenet Epiſcopos poſſe examinare Regulares ad Ordines, Confeſſiones, & conciones, cui reſolutioni ſtipulari videtur Fr. Emman. *quæſt. Regularium tom.2. q.32.art.6.* dum vult Regulares ſemel ab uno Ordinario approbatos, fore iterum approbandos, ſi rurſus prædicare velint: ex quibus verbis oſtendit, non modò illos eſſe probandos, id eſt examinandos circa doctrinam, verùm etiam inſuper denuò examinandos. Verùm quamvis Epiſcopi interdum examinent prædicatores, & juxta Concil. examinare eos poſſint, & idem ſit ferendum judicium omninò de Confeſſoribus, ac de Prædicatoribus; non tamen id ex verbis Conc. Trid. *d.c.2.* colligitur, immò verò contrarium; nam Prædicatorum examen de vita, moribus, & ſcientia Superioribus committitur, ſeu potiùs de Jure ſupponitur eſſe commiſſum pro peracto examine, & approbatione facta, & licentia ab eiſdem conceſſa dicitur, quod etiam in Eccleſiis ſuorum Ordinum prædicare non poſſint, priuſquam cum eadem licentia perſonaliter coram Epiſcopis ſe præſentent, atque ab eis benedictionem petant, ubi nulla fit mentio, ut ſatis conſtat, de examine ab Epiſcopis faciendo, ſed ſolummodò de benedictione petenda: ita Hieron. Roder. *in compend. qq. Regular. reſol.112.n.2.* Mauritius Alzedo *in praxi Epiſcop. p.2. c.13. n.104.* Diana *moral. reſol. p.4. tr.4. reſolut.22.* Miranda *d. q. 50. art.2. concl.1. in med.* Et Concil. *dicto loco,* non inficit conſuetudinem in contrarium fortè exiſtentem, ideo ſi alicubi longo uſu obtentum eſſet examinari circa doctrinam Prædicatores omnes, etiam Regulares, ſervari poterit, ut reſolvit Campan. *dict. cap.13.n.9.*

Prædicatores Regulares in Eccleſiis, quæ ſuorum 24
Ordinum non ſunt, abſque Epiſcopi licentia prædicantes, non ab eo, ſed à ſuis Superioribus puniri debent, prout deciſum referunt Zerola *in praxi Epiſcop. verb. excommunicatio materialis, §. 4.* Piaſec. *in ſimili praxi, p.2.c.3.n.41. verſ. prædicans,* Quaranta *in ſumma Bullarij, verb. privilegia Regularium,* Campanil. *d.c.13.n.10.* Tamburin. *de jure Abbatum tom.2. diſp.11. q.4. num.3.* Hieron. Roder. *in compend. qq. Regul. verb. prædicatores, n.1.* Flau. Cherubin. *in compendio Bullar. tom.2. ſuper Bull.41. Pij V.* Hodie ex noviſſima Conſtit. Gregor. XV. *incip. Inſcrutabili, ſub dat. Nonis Februarij 1622.* aliter ſe res habet, ejus autem verba ſunt quæ ſequuntur. *Ac demùm habeat Epiſcopus, tanquam dictæ Sedis delegatus auctoritatem coërcendi, ac puniendi quoſcunque exemptos, tam ſæculares, quàm Regulares, qui in alienis Eccleſiis, quæ ſuorum Ordinum non ſunt, abſque Epiſcopi licentia, & in Eccleſiis ſuis, aut ſuorum Ordinum, non petita illius benedictione, aut ipſo contradicente prædicare præſumpſerint:* me citato *in hoc loco,* Diana *moral. reſol. p.3. tract.2. reſolut.111.* Lezana *dict. c.20.n.3.*

Parochus ut in ſua Eccleſia prædicetur, poteſt dare 25
licentiam approbatis ab Ordinario, ut refert deciſum Galet. *in margarita caſuum conſcientiæ, verb. Parochus 3.*

Alicui verò viro docto, noto, Regulari, ſive ſæculari, 26
nondum præſentato coram Epiſcopo, licentiam prædicandi poteſt parochus præſtare pro duabus, aut tribus vicibus, nec ſic prædicans peccatum committeret mortiferum, quod juxta *c. excommunicamus, §. quia verò, de hæreticis,* patraret qui ſine legitima facultate concionaretur. Ita Navar. *in manuali, c.25. n.141.* Henr. *in ſumma, lib.7.c.26. prope finem, & c.28. §.8. verſ. Parochus,* Fr. Emman. *qq. Regul. tom.3. quæſt.32. art.1.* Campanil. *d.c.13.n.11.* Miranda *d.q.50. art.4. concl.1.* Villal. *in ſum. tom.2. tract.35. diffic.5. n.2.* Diana *d. reſolut.111. verſ. notat etiam.* Saltem ſi prædicator ſemel fuerit approbatus ab Ordinario, & Epiſcopatus Conſtitutio non prohibeat. Poſſevin. *de officio Curati, c.3. num.4* † ſed quia hoc ipſum fieri poſſet ex ſpeciali privilegio, abſque illo non eſſe admittendum, probabilius duco: nam Gregorius XIII. conceſſit Societati Jesu, quod hujus Sacræ Religionis Confeſſarij, ac Prædicatores ab aliquo Ordinario ſemel approbati, & à ſuis

suis Superioribus, ad hujusmodi munera deputati, quandocunque sive mari, sive terra iter faciunt, possint, non repugnantibus tamen Curatis parochialium Ecclesiarum, verbum Dei prædicare, & quorumcunque Christi fidelium Confessiones audire, dummodo id non faciant in oppidis, aut locis, in quibus Ordinarii existunt, nisi eorum licentia desuper obtenta, refert Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 3. q. 32. art. 6.* ubi in fine dicit illo privilegio frui prædicatores Ordinum Mendicantium, & alios, qui cum ipsis communicant in privilegiis concessis, & concedendis.

28 Posse Episcopum interdicere Regulari ne prædicet licentiâ non petita, etiam non reddita causa, decisum referunt Francisc. Leo *in thesauro fori Ecclesiastici, p. 1. c. 8. n. 9.* Piasec. *in praxi nova Episc. part. 2. c. 3. n. 41.*

29 *vers. si item.* Et † licèt Pius V. Constit. sua incip. *Ad hoc nos Deus, de anno 1571. die verò 22. Septembris,* quam refert Quaranta *verb. privilegia Regularium, pag. 537.* Regularibus concesserit, ut irrequisito & contradicente Episcopo prædicare possint, in multisque aliis contra Concilii Trident. decretum, tum illa Constitutione, tum & alia incip. *& si Mendicantium, de anno 1567. 17. Kalend. Jul.* quam refert idem Quaranta *d. verb. privilegia Regularium, pag. 527.* & alia incip: *Ex superna, ejusdem anni 7. Kalendas Septembris,* idemque alia incip. *Ad exequendum, eodem anno Kalendis Novembris,* cum ipsis Regularibus dispensaverit, pariterque inter omnes Regulares, tam Mendicantes, quàm non Mendicantes eadem privilegia, & declarationes communicaverit, illa tamen omnia per Greg. XIII. revocata, ad terminos Juris, & Concilii Trid. redacta fuerunt Constitutione ipsius Gregorii incip. *In tanta rerum, & negotiorum mole, public. Romæ Kalendis Martii anno 1572.* quam refert idem Quaranta *in summa Bullarii, verbo privilegia Regularium, pag. 539.* Et quamvis idem Gregorius postmodùm privilegia Mendicantium confirmaverit cum clausula, *nullis contrariis, etiam suis obstantibus,* in ipsis tamen confirmationis litteris apposita est alia clausula, *in quantum decretis Concilii Tridentini non sunt contraria:* ita quod nec posteriores confirmationes revalident dicta decreta Pij V. in quantum adversentur Concilio; quam clausulam etiam alii Pontifices in similibus suis confirmationibus semper apponi voluerunt, ut ex ipsarum confirmationum tenore recognoscere licet.

30 Episcopi tempore Quadragesimæ, & Adventus Domini prædicare debent, vel prædicari facere, ut probat Concil. *sess. 24. de reform. c. 4.* ibi, *tempore autem jejuniorum:* quæ verba referuntur tantum ad tempus Quadragesimæ, & Adventus, non autem ad vigilias in quibus illud prædicandi præceptum non est, prout refert decisum Armend. *d. l. loco, n. 28. &* 29. ubi *n. 31.* asserit etiam

31 decisum per dictum *c. 4.* † relinqui arbitrio Episcoporum, an tempore Quadragesimæ, & Adventus quotidie, vel tribus diebus in hebdomada, vel minus illis tribus diebus prædicetur? Quoad Adventum Domini hodie tantum tam in hac Romana Curia, quàm in Portugaliæ Regno, Dominicis, festisque diebus prædicari video. In Quadragesima verò in illo Regno singulis diebus per loci Ecclesias distributis, excepto Sabbato prædicatur. In hac verò Curia in unaquaque Parochiali Ecclesia singulis quibusque diebus, Sabbato excepto, verbi Dei prædicatio habetur. Verùm in aliis temporibus, saltem omnibus Dominicis, & solemnibus diebus festis prædicandum est, ut disponit Conc. Trid. *d. c. 4.*

32 Et † possunt Correctores Civitatum facere, etiam renitente Vicario generali, ut saltem omnibus diebus Dominicis, & solemnibus festis populo prædicetur, ut tenent Bobadil. *in sua politica, lib. 2. c. 19. n. 194. lit. K,* Fr. Emman. *Reg. tom. 2. q. 62. art. 19.*

33 Ordinariis concessum est, ut à Regularibus, antequam officium prædicandi assumant, professionem Fidei exigant, prout referunt decisum Franc. Leo *in thesauro fori Ecclesiast. p. 1. c. 6. n. 8.* Campanil. *d. c. 13. n. 8.* Armend. *d. loco, n. 37.* Lauret. de Franchis *ubi suprà pag. 148. in resp. ad 2.* Vigore tamen Bullæ Pij V. de professione Fidei facienda Regulares concionatores non tenentur facere professionem Fidei antequam prædicandi munus assumant, potest tamen Ordinarius, quo tempore solet prædicandi licentiam concedere, ab eisdem exigere hanc Fidei professionem, si tamen videbitur sibi expedire, refert decisum Armendar. *d. loco, num. 35.*

Pro audienda prædicatione tenetur unusquisque pa- 34
rochiæ suæ interesse, si commodè id fieri potest, ex dispositione Concil. Trident. *d. c. 4.* ibi, *moneatque Episcopus populum diligenter,* &c. Ita Zerol. *in praxi Episcop. p. 1. verb. prædicatio,* §. 4. Suar. *de Religione tom. 1. lib. 2. c. 16. n. 5.* Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 7. c. 4. q. 7. & lib. 12. c. 2. q. 1. vers. deinde,* & ita † populus admo- 35
nendus est, ut diebus Dominicis, & festis majoribus frequentet suas parochias; excommunicandus tamen non est, si monitioni non paruerit, prout refert decisum Armend. *d. loco, n. 33.* † Nec etiam Ordinarius potest 36
mulctis, & pœnis cogere populum ire ad audiendum sacram Concionem, & Missam in Ecclesia parochiali: refert decisum Zerol. *in praxi Episcop. part. 4. verb. parochia, pag. 82.*

Circa doctrinam Christianam, & Fidei rudimenta 37
pueris in singulis parochiis, Dominicis, & aliis festivis diebus edocendum, agit Concil. Tridentin. *d. sess. 24. de reformat. c. 4. in fine:* ad cujus majorem observationem emanavit Constit. Pij V. incip. *Ex debito Pastoralis officij, die 6. Octobris anni 1572.* quam refert Piasec. *in praxi nova Episcopali, part. 2. c. 3. n. 19.* † Ordinarius 38
autem non potest mulctis, & pœnis, etiam in casu notabilis negligentiæ, aut contumaciæ, cogere pueros ad discendam doctrinam Christianam, etiamsi hoc fieri noluerint in oppidis, villis, & aliis locis extra civitatē: nec valet ex eo quod Concil. *d. loco* dicit, posse compelli per censuras Ecclesiasticas, quod intelligitur de compulsione illorum, quorum interest eam docere, & non de compulsione puerorum, seu parentum ipsorum: refert decisum Zerol. *in praxi Episcop. part. 1. verb. doctrina Christiana,* §. 3. tenet Ingol. *de Parochorum officio lib. 1. cap. 1. & 9.* Homobon. *de examine Ecclesiastico tractat. 11. c. 12. q. 26. resolut. 2. quæstionis,* Aloys. Ricc. *Neapol. decis. 300. part. 4.* Sed verum est dicere, his nostris temporibus (prout in Hispania usu receptum est) posse Præsulem censuris compellere subditos, ut eam doceant. Ita Perez *ad l. 1. vers. aliud etiam, tit. 1. lib. 1. ordinamenti, fol. 29.* Fr. Emman. *in summa, tom. 1. cap. 88. n. 3. in 1. edit.* quos refert & sequitur Campan. *in divers. Juris Canon. rub. 11. cap. 14. n. 8.* refert me citato Homobon. *d. loco,* Sanch. *in præcepta Decalogi, lib. 2. c. 3. n. 14.* Filliuc. *in quæst. moral. tract. 22. c. 2. n. 54.* Villalob. *in sum. tom. 2. tract. 1. diffic. 4. n. 6.* novissimè me citato *in hoc loco,* Trullench *in exposit. Decalogi, lib. 1. c. 1. dub. 3. n. 12. in fine, & dub. 4. n. 8. & 9.*

Studere maximè debent Parochi, ut pueri Fidei ru- 39
dimenta discant, quæ secundùm Sot. sunt Symbolum Apostolorum, decem præcepta, & Oratio Dominica: præter hæc Concil. requirit, ut doceatur obedientia erga Deum, & parentes, ad quod tenentur sub peccato mortali, Azor. *p. 1. lib. 5. c. 6. q. 5.* Possev. *de officio Curati, c. 4. de doctrina Christiana, n. 2.* ubi etiam dicit obedientiam diligenter, & sufficienter doceri, si doceatur Decalogus explicitè, quia in ipso includitur obedientia Dei, & parentum.

Sciant Parochi nequaquam esse absolvendum eum 40
qui ob negligentiam, orationem Angelicam, & Dominicam, Symbolumque Fidei, ac præcepta Decalogi addiscere non curat. Si verò taliter ignorans pro viribus elaborat, ut hæc memoriæ tradat, & nec verbum quidem retinere potest, absolvi tunc poterit, dum-

modo tamen credat singulos articulos,quando sibi proponuntur à ministris Ecclesiæ, & sciat de illis, ac de præceptis Decalogi respondere,quando interrogatur,& deprecetur Deum, intendens saltem verbaliter ad ea, quæ in oratione Dominica continentur. Ita Ludovic. Beja *responsorum casuum conscientiæ p.3.c.27.vers. tandem*, Zerol. *in praxi Episcop. d. verb. doctrina Christiana*,§.2. latè explicans novissimè Trullench *d.dub.4. per tot.*

41 Sic etiam hujusmodi ignorantibus impedire posse ne contrahant matrimonium, donec orationem saltem Angelicam, Dominicam, Symbolumque Fidei, præcepta Decalogi & Ecclesiæ, ac septem peccata capitalia didicerint, nisi qui præ senio,aut ingenij rudis tarditate incapax prorsus sit,ex Bartholomæo de Ledesma resolvit Vega *lib.3.summæ,cap.*211. Verùm non licere absolutè, & per longum tempus, aut ubi sponsi instarent, detinere ob dictam causam ne matrimonium inirent; expedire tamen suaviter, & absque violentia ad breve tempus impedire, ut sic doctrinæ addiscendæ curam habeant, tenet Sanchez *de matrim. lib.3. disp.* 15. *sub num.*19.quem refert Campan. *d. rub.* 11. *cap.*14.*n.*7.

42 Prædicationis munus committi potest Sacerdoti,aut aliis duobus sacris Ordinibus insignitis. Ita Navar. *cons.*1. *de tempor. Ordin.in antiq.* aliàs *cons.* 7. *de offic. deleg. in novis*, ubi respondet ad textum dicentem ne aliqui præter Sacerdotes Domini audeant prædicare,
43 *in c. adjicimus*,16. *q.*1. † ut procedat in eo qui propria,& ordinaria auctoritate prædicare præsumit, qualem quidem auctoritatem habent Curati, refert Gallet. *in margarita casuum Conscient. verb. prædicare* 2. & Lauret. de Franchis *in controvers. Episc. & Regul. pag.*148.*in resp.ad* 4.

44 Nam prædicare non est actus proprius alicujus Ordinis,sed potius jurisdictionis, quia cùm Christus Dominus dixit, *Prædicate Evangelium omni creaturæ*, non dedit Apostolis potestatem Ordinis, sed jurisdictionis; unde officium prædicandi nemo sibi usurpare potest propria auctoritate, sed convenit tantum illi, qui à Prælato jussus est, juxta illud Apostol. *Quomodo prædicabunt,nisi mittantur?* Et Innocent III. *in c. excommunicamus*,§.*quia verò,de hæret.* mandat excommunicare eum, qui officium prædicandi assumere præsumit,nisi à Sede Apostolica, aut diœcesano Episcopo licentiam obtinuerit; & ideo in Concil.Trident.*sess.5. cap.*2. &
45 *sess.*14.*cap.*2.*de reformat.* habetur, quod † prædicationis munus est proprium Episcoporum,& Parochorum, unde per Episcopum committi potest etiam clerico, qui non sit in Sacris constitutus, prout resolvunt, decisumque referunt Rendina *in promptuario recept. sentent. tit.*17. *n.*14. Armendar. *d.loco n.*36. Sayr. *in floribus dec.sub tit.de tempor.ordin.decis.*2.Possevin. *de offic. Curati,cap.*3.*n.*14.*in fine*, Ugolin. *de potestate Episcopi, cap.*42. §.2. *n.*1. Mihi tamen dubitationem afferre videtur Henriq. *in summa,lib.*6.*cap.*28.§.8. quatenus asserit Paulum III. Societati JESU indulsisse, ut ipsius Regulares valeant prædicare, licèt Sacris initiati non sint, quod quidem si adhuc verum est, non parvam affert huic resolutioni dubitationem, cui respondere non curo, dum mihi de tali privilegio non constat.
46 Hinc † prædicatio, cùm non sit actus alicujus Ordinis, tempore cujuscunque interdicti licita est, Fusc. *de visitat.lib.*1.*cap.*14. *n.*13. Henriq. *in sum. lib.*13.*c.*44. §.2. *vers. quintò.* Ugolin. *de censur. tab.*5. *c.*8. *in princ. num.*3. Sayr. *in eodem tract. lib.*5. *c.*5. *n.*43. Campan. *d.cap.*12. *n.*21. per text. *in c. responso*, *de sententia excommunicat.*

47 Prædicatores verbi Dei, quoad maximè fieri poterit, esse debent docti, apprimè eruditi, vita irreprehensibiles, moribus maturi, corde impavidi, spiritu fervidi; debent quoque gratiam docendi habere, ut potentes possint exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt, arguere, prout habetur *in cap. oportet* 8. *quæst.*1. Deinde in suis sermonibus,atque concionibus non esse debent multùm prolixi, ne sua loquacitate nimia, atque prolixa odiosi fiant, prout habetur *in cap. sit Rector*, 43. *dist.in fine*. Origen. etiam *homil.*6. *ad librum Judic.* ad hoc propositum sic dicit: *Brevitatem auditores diligunt,nam brevis,& prudens sermo,& auditur libentius, & attentius,ac melius memoriæ commendatur: at è contrario*, inquit Gregorius Nazianzenus *in oratione de sancto Lavacro,Satietas inimica est auribus, quemadmodum & superfluus cibus corporibus.* Ulterius prædicatorum omnium doctrina debet esse sana, & Catholica,examinata, & casta, nullo modo lasciva,aut impudica, seu quæ levitatis, seu vanitatis saporem habeat, & ita Concil. Trident. *sess.* 5. *de reform. cap.*2. admonendo asserit, quod Prædicatores fideles pro sua capacitate pascant salutaribus verbis,docendo quæ scire omnibus necessarium est ad salutem, annuntiando eis cum brevitate, & facilitate sermonis vitia, quæ eos declinare,& virtutes, quas sectari oportet, ut pœnam æternam evadere, & cœlestem gloriam consequi valeant.Et *sess.*24.*c.*4. loquendo de eisdem, dicit sacram solummodò Scripturam,divinamque legem in concionibus esse annuntiandam, & prædicandam, me citato in hoc loco hoc ipsum dicit Homobon. *de examine Eccles.tract.* 11.*c.*7. *quæs.*18. *resol.*5. *in princ.* & præcipuè fidelibus quinque sunt prædicanda, videlicet quid credendum,quid agendum,quid vitandum,quid timendum, & quid sperandum,hæc sunt quinque verba quæ sensu suo Apost. 1.*ad Corinth.*14.volebat in Ecclesia loqui,ut & alios institueret; sunt enim in primis articuli Fidei populis prædicandi, quia in symbolo continentur, ut statuit Agath.Conc. *in can.symbolum, de consec. dist.*4. deinde præcepta divina servanda, peccata verò vitanda, æternum supplicium timendum, & præmium æternæ vitæ sperandum, *Clem. accipientes, vers. & quia, de pœnis.*

Quod si contingat ut prædicator errores, aut scan- 48
dala disseminet in populum, etiamsi in monasterio sui, vel alterius Ordinis prædicet,Episcopus ei prædicationem interdicat. Quod † si hæreses prædicaverit, con- 49
tra eum secundùm Juris dispositionem, aut loci consuetudinem procedat, etiamsi prædicator ipse generali, vel speciali privilegio exemptum se esse prætenderet, quo casu Episcopus auctoritate Apostolica, & tanquam Sedis Apostolicæ delegatus procedere potest: curare autem ipse debet Episcopus,ne quis prædicator, vel ex falsis informationibus, vel aliàs calùniosè vexetur, néve injusta de eo conquerendi occasio habeatur, Concil. Brachar. IV. *act.* 4. *cap.* 22. notant Mirand. *d. quæst.*50.*art.*7. Campanil. *d. rub.*12.*cap.*13.*num.*11. Franc.Leo *in thesauro fori Eccles.part.*2. *cap.*8.*num.*12. & me citato *in hoc loco*,Homobon.*d. resolut.*3. *in fine*, Aloys.Ricc.*in dec.Curiæ Archiep.Neapol.dec.*397. *n.*2. *part.*4.novissimè me citato *in hoc loco*, Joan.de Solorzano *de Indiarum jure, tom.*2.*lib.*3.*c.*26.*num.*64.& 65. etiam novissimè me quoque citato *in hoc loco*, Novar. *in lucerna Regul.verb prædicatores,c.*1.*pag.*302. Advertendum tandem duxi,prædicatores non posse suas inspirationes, seu revelationes prædicare absque Romani Pontificis licentia, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ cum reservatione, Leo X. *Constitut.in Concilio generali lata*, incip. *Supernæ*,prout refert Galet. *d. verb prædicare,ultim.*

ALLEGATIO

ALLEGATIO LXXVII.

Episcopi in erigendis, & gubernandis puerorum Collegiis quomodo se habere debeant?

SUMMARIUM.

1 *Seminarium puerorum in singulis Cathedralibus quomodo instituendum, & gubernandum, ostenditur.*
2 *Seminario debet Episcopus primum ex sua Capitulari mensa contribuere, & postea cogere alios ad contribuendum suo exemplo.*
3 *Seminario de eleemosynis piorum, & similibus, quæ in incerto consistunt, nihil debet contribui.*
4 *Episcopus si negligens fuerit in erectione Seminarii, Archiepiscopus supplet ejus negligentiam.*
5 *Cardinales S.R.E. tenentur contribuere Seminario de fructibus beneficiorum, quæ habent in diœcesi ubi est Seminarium.*
6 *Hospitalia data in titulum, vel administrationem, si habeant beneficia annexa, aut redditus, vel proventus Ecclesiasticos, tenentur solvere Seminario.*
7 *Seminarii ratione potest taxa imponi super Hospitale, quod in titulum, & non in administrationem, & merè laicale est.*
8 *Hospitalia quæ administrantur à laicis, & in quibus sunt bona laicorum, quæ data sunt in titulum, commendam, seu administrationem, non solvunt Seminario.*
9 *Hospitale unius diœcesis habens benneficium annexum, quod est alterius diœcesis, teneur contribuere pro rata fructuum beneficii, in qua situm est beneficium.*
10 *Confraternitates, Capellæ, & scholæ habentes redditus Ecclesiasticos, etiam intra Regularium Ecclesias existentes, tenentur contribuere Seminario.*
11 *Legata facta pro Magistro Grammatices, qui pueros pauperes edoceat, possunt applicari Seminario cum onere erudiendi pueros, sicut testator jussit.*
12 *Pensionarius tenetur pro rata pensionis solvere subsidium, & alia onera imposita respectu fructuum beneficii, ac proinde contribuere Seminario, sive illud erectum sit ante reservationem pensionum, sive post.*
13 *Canonici de quotidianis distributionibus non tenentur Seminario contribuere.*
14 *Mendicantium monasteria Seminario contribuere non tenentur.*
15 *Mendicantium monasteria quæ dicantur? ostenditur.*
16 *Doctores referuntur de quatuor primis ordinibus Mendicantibus tractantes.*
17 *Ordo D. Augustini est antiquior Mendicantibus.*
18 *Patres Soc. JESU inter Mendicantium ordines comprehendi voluit Pius V.*
19 *Ordo Minimorum S. Francisci de Paula adnumeratus fuit inter Mendicantes à Pio V.*
20 *Jesuatorum Congregatio Mendicantium Ordinibus adnumerata fuit per Pium V.*
21 *Carmelitas discalceatos esse ex Ordine Mendicantium declaravit Clemens VIII.*
22 *Omnes, & singulæ personæ in beneficiis S. Joannis Hierosolymitani quomodolibet existentes à Seminarii contributione eximuntur.*
23 *Seminaria debent prius esse erecta, & in illis Scholares actualiter adesse, ut uniones eis factæ subsistant.*
24 *Seminarium erectum dicitur ex introductione puerorum, non verò ex emptione pro eo, & creatione deputatorum.*
25 *Unio seminario nondum erecto fieri non potest, & quoad hunc effectum requiritur præparatio domus conductæ, vel emptæ, & introductio puerorum.*
26 *Possessio capta nomine Seminarii nondum erecti est nullius considerationis, & non producit juris effectus.*
27 *Seminarium erectum ut dicatur, quæ concurrere debeant, ostenditur.*
28 *Beneficia simplicia, cujuscunque dignitatis fuerint, & qualitatis, possunt Seminario uniri, ut commodè regi valeant, sine tamen præjudicio obtinentium.*
29 *Unio facta Seminario omnium beneficiorum simplicium, non valet.*
30 *Beneficia reservata, vel affecta Sedi Apostolicæ, an possint Seminario uniri, ostenditur.*
31 *Canonicus electus ad Seminarii administrationem, perpetuò illam habere debet, nec removeri potest, nisi ex legitima, & justa causa.*
32 *Deputatos ad gubernationem Seminarii Episcopus tenetur adhibere in consilium, non tamen obligatur eorum consilium sequi.*
33 *Uniones factæ Seminario absque consilio deputatorum non valent.*
34 *Pueri ad Seminarium admittendi quales esse debeant, & quæ ibi discere teneantur, ostenditur.*
35 *Seminarium Bracharensis Archiepiscopatus Hispaniarum Primatis ad normam Concilii Tridentini institutum ostenditur.*

SINGULÆ Cathedrales, Metropolitanæ, atque his majores Ecclesiæ pro modo facultatum, & diœcesis amplitudine certum puerorum ipsius civitatis, & diœcesis, vel ejus provinciæ, si ibi non reperiantur, numerum in Collegio, ad hoc prope ipsas Ecclesias, vel alio loco convenienti ab Episcopo eligendo alere, ac religiosè educare, & Ecclesiasticis disciplinis instituere tenentur, ad cujus Collegii fabricam instituendam, & ad mercedem præceptoribus, & ministris solvendam, & alendam juventutem, ac ad alios sumptus, pars aliqua, seu portio detrahenda est per Episcopos cum consilio duorum de Capitulo, & duorum de Clero, ex fructibus mensæ Episcopalis, & Capituli, & quarumcunque Dignitatum, Personatuum, Officiorum, Præbendarum, Portionum, & aliorum beneficiorum, necnon ex fabricis Ecclesiarum, & aliorum locorum, atque ex quibuscunque aliis Ecclesiasticis redditibus, seu proventibus, etiam aliorum Collegiorum, seu corporum, vel Confraternitatum, etiam Abbatiarum, Prioratuum, & quorumcunque Regularium beneficiorum, ut habetur in Concil. Trid. *sess. 23. de reformat. cap. 18.* de cujus materia vide latè Zerol. *in paxi Episcopali, part. 1. verb. Seminarium, pag. mihi* 326. Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloss. 5. §. 7. n. 68. cum sequent.* Aloys. Ricc. *in praxi fori Ecclesiastici, dec. 489. in prima edit. & resolut. 380. in 2. edit.* Paul. Fusch. *de visitat. lib. 1. cap. 16. à n. 8.* Monetam *de distributionib. quotidianis part. 3. q. 3. à num. 13.* Aloys. Ricc. *Neapol. dec. 194. part. 4.* novissimè D. Hieron. Venero & Leyva *in examine Episcop. lib. 6. c. 30.* Lotter. *de re benef. lib. 1. q. 30. ex n. 47.* Rotam *dec. 835. cum seqq. in novissim. aliàs part. 4. diversi.* me citato *in hoc loco*, Alzed. *de præcellent. Episcop. dignit. part. 2. cap. 9. n. 49.* novissimè etiam me citato *in hoc loco*, Novar. *in lucerna Regul. verb. Seminarium, pag. 235.* Petr. Bollum *in œconomia Canonica, class. 3. cap. 5.* 1

c.5.§.8.*pag.*520.*cum ſeq.* Erecta enim & conſtituta ſunt hujuſmodi Collegia, ut adoleſcentes, & pueri à teneris annis ad pietatem & religionem informentur, doceanturque in his, quæ ſpectant ad diſciplinam Eccleſiaſticam, quaſi in Dei obſequium, & in Eccleſiæ, & divini cultus miniſterium perpetuò inſervituri, juxta id, quod habetur *in Concil. Trid. c.* 18. Quæ quidem Collegia fori electionem habent ut poſſint pro ſuis rebus agere coram Judice Eccleſiaſtico, vel ſæculari, ut concludit Novar. *in praxi electionis fori, q.* 43. *à n.* 1. & Aloyſ. Ricc. *in praxi var.reſol.*413. *per tot.* ubi dicit Seminaria hæc, pia loca, ſive religioſa vocari tanquam prædictis rebus deſtinata, ſimulque aliis pietatis, ac charitatis operibus, quæ inibi exercentur, in Eccleſiæ, & totius Reip. decus & ornamentum, & ob hanc conſiderationem *in reſol.*412. etiam concludit, quod ſicut Eccleſia habet immunitatem, ut ad eam confugientes tuti ſint, ne ab illa extrahantur, juxta *text. in cap. inter alia* 6. *de immun.Eccleſ.* ita & idem in his Collegiis, ut ante eum tradidit in propriis terminis Marc. Anton. Genuenſ. *in pract. Archiep.Neapol.c.*17. *n.*10. ubi refert ſic fuiſſe deciſum in illo Archiepiſcopatu cum quodam homicida, qui ad domum cujuſdam Collegii Seminarii confugerat etiam per alteram portam, quàm ordinariam, per quam pueri ingrediebantur.

2 Epiſcopus debet primum ex ſua, & Capituli menſa contribuere Seminario, & poſtea cogere alios ad contribuendum ſuo exemplo, niſi qui nominatim excipiuntur à Concil. *d.c.*18. exigitur enim pro forma, ut præceſſerit detractio fructuum de menſa ipſius Epiſcopi, & aliorum beneficiorum ipſius diœceſis ad præſcriptum ſupradicti decreti, ut cenſuit Rota *in Averſana beneficiorum,* 3. *Julii* 1606. coram *Card.Sacrato, & dec.* 361. *n.*7. *p.*2. *recent.* Niſi fortè loco illius diſmembrationis à propria menſa Epiſcopus pinguiùs mentem Concilii adimpleviſſet aſſignando pecunias, & redditus ex proprio patrimonio, ut fuit reſponſum per *Sacram Congreg. in una Tiraſſonen. unionis, de anno* 1610. cujus meminit Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *quæſt.* 30. *num.*61.

3 De illis verò, quæ in incerto, ut in eleemoſynis piorum, vel ſimilibus conſiſtunt, nihil debet contribui, prout Epiſcopo Trident. *die* 13. *Maii* 1586. reſponſum fuiſſe aſſerit Piaſec. *in praxi nova Epiſc. p.*2.*c.*2. *n.*5. *in fine.*

4 Quod ſi Epiſcopus in ejus Seminarii erectione negligens fuerit, vel ſuam portionem denegaverit, Archiepiſcopus ſuppleat ejus negligentiam, & acriter corripiat (cum ſine cauſa id omiſſum viderit,) Archiepiſcoporum verò negligentiam Synodus Provincialis, tam circa erectionem, quàm ejus conſervationem, Conc. *d.c.*18. *verſ. quod ſi Cathedralium.* Ex dictis.

5 *Primò* amplia, etiam Cardinales Sanctæ Romanæ Eccleſiæ teneri contribuere Seminario de fructibus beneficiorum, quæ habent in diœceſi ubi eſt Seminarium, ut cenſuit *Sacra Congregatio.*

6 *Secundò* infertur, hoſpitalia data in titulum, vel adminiſtrationem, ſi habeant beneficia annexa, vel redditus, aut proventus Eccleſiaſticos, etiam teneri ſolvere, refert deciſum Zerol. *in praxi Epiſcop. part.* 1. *verb. Hoſpitale, verſ.* 10. *dub...* Aloyſ.Ricc. *Neapol.*
7 *dec.*196. *n.*6.7. *&* 8. *part.*4. Et † poſſe ſuper hoſpitali, quod in titulum, neque in adminiſtrationem datur, ſed merè laicale eſt, taxam ratione Seminarii imponi, dicit deciſum Armendar. *in addit. ad recopil. legum Navarræ, lib.*4. *tit.*29. *l.*1.§.2. *de Hoſpitalib. num.*3. *& n.*13.
8 aſſerit † non procedere in hoſpitalibus, quæ adminiſtrantur à laicis, & in quibus ſunt bona laïcorum, quæ data non ſunt in titulum, commendam, ſeu adminiſtrationem, & *n.* 15. † etiam teſtatur deciſum, hoſpitale
9 unius diœceſis habens beneficium annexum, quod eſt alterius diœceſis, teneri contribuere pro rata fructuum beneficii annexi ſeminario, quod eſt in diœceſi, in qua ſitum eſt beneficium, de quo latè Fuſch. *dict.c.*16. *num.*10.

Tertiò amplia in Confraterniratibus, Capellis, & 10
ſcholis habentibus redditus Eccleſiaſticos, etiam intra Regularium Eccleſias exiſtentibus, quæ quidem tenentur Seminario contribuere, ut cenſuit *Sacra Congregatio*, cujus meminit Alderan. *in compendio Canon. deciſ. lib.*2. *tit.*14. *n.*8.

Quartò amplia in legatis factis pro Magiſtro Gram- 11
matices qui pueros pauperes doceat; illa enim poſſunt applicari Seminario cum onere erudiendi pueros, ſicut teſtator juſſit, ita etiam bona, quæ fuerunt applicata alicui Collegio propter Chriſtianam educationem miſerabilium puerorum, ſi Collegium id ſublatum ſit, debent ea bona applicari Seminario: ſic cenſuit eadem *Sacra Congregatio*, de qua Alderan. *citato loco.*

Quintò amplia in penſionario, nam cum penſio ap- 12
ponatur ſuper fructibus & redditibus beneficij, tenetur penſionarius pro rata penſionis ſolvere ſubſidium, & alia onera impoſita reſpectu fructuum beneficij. Ita Nicol.Gare. *de benefic.part.*1.*c.*5.*n.*171. Monet. *de decim. c.*9. *à num.*83. Azor. *inſtit. moral. part.*2.*lib.*8.*c.*9. *quæſ.*2. Et habere locum ſive Seminaria erecta ſint ante reſervationem penſionum, ſive poſt, dicit deciſum additio ad eundem Garciam *d. n.*171. ubi etiam ſubdit titulum occaſione contributionis per eum factæ Seminario, non poſſe detrahere ex penſione quam ſolvit, niſi pro rata penſionis, & ad eam rationem, ad quam ipſe titularis contribuit. Declaratio autem Sacræ Congregationis ita habet, *An decretum Concilii c.*18. *ſeſſ.*13. *verſ. Ad hanc autem portionem, habeat locum ſive Seminaria erecta ſint ante reſervationem penſionum, ſive poſt? Congregatio cenſuit habere locum; ideo beneficiatum compellendum eſſe pro penſione, quam ſolvit, quamvis Seminarium erectum fuerit poſt penſionis reſervationem; ſed beneficiatum poſſe retinere pro rata quidquid occaſione penſionis ſolverit Seminario.* Alia declaratio: *Canonici Regulares ſancti Auguſtini monaſterii ſancti Vincentii Ulyſbonenſis diœceſis quæſiverunt, an ex omnibus redditibus Eccleſiarum, quas obtinent, teneantur integraliter ad Seminarium contribuere, nulla habita ratione expenſarum factarum, & faciendarum in perceptione fructuum & reddituum, ac etiam obligationum, & onerum Capellarum dicti monaſterii; necnon unius Collegii in Univerſitate Conimbricenſi, in quo ſunt viginti quatur Collegiales expenſis dicti monaſterii viventes? Congregatio quoad expenſas pro perceptione fructuum cenſuit habendam eſſe rationem iſtarum expenſarum. Quoad obligationes & onera cenſuit, ſi impoſita ſunt ante Concilium Tridentinum, deducendam eſſe tanquam as alienum, & de reliquis redditibus contribuendum Seminario pro rata.* Tertia declaratio. *Camillus Veranus Commendatarius Abbatiæ ſanctæ Mariæ de Ferrara Ordinis Ciſtercienſis, contribuebat ad Seminarium monaſterii Ordinis Foſſæ novæ Ciſtercienſis pro bonis ipſius Abbatiæ, unde ne duplici onere gravaretur, negabat velle contribuere ad Seminarium Epiſcopi Theani. Congregatio cenſuit, ſi ante Concilium cœpit contribuere, non ideò excuſari à contributione Seminarii Epiſcopi, ſed detrahendam tantam ſummam, quam ſolvit pro Seminario monaſterii, & de reliquo contribuendum ad ratam Seminario Epiſcopi. Si verò poſt Concilium cœpit contribuere, nullam habendam rationem illius deductionis ſummæ.*

Limita tamen in Canonicis, qui de quotidianis di- 13
ſtributionibus non tenentur contribuere Seminario, prout deciſum referunt Zerola *in praxi Epiſcop. p.* 1. *verb.diſtributiones*, §.5. Gonzal. *ad regul.*8. *Cancell.*§.7. *proœm.n.*170. *cum ſequenti*, Moneta *de diſtrib. quotid. part.*3. *q.*9. *n.*14.

Collegia, & monaſteria Mendicantium ab hac 14
exactione immunia ſunt, prout habetur in Concil. Trident. *d.c.*18. ibi, *& omnium monaſteriorum, non tamen*

men Mendicantium, &c. Fr. Emman. *quæst. Regularium tom. 2. q. 5. art. 2. & q. 66. art. 3.* Novar. me citato *in hoc*
15 *loco, verb. Seminarium, n. 3.* † quorum nomine veniunt monasteria B. Dominici, S. Francisci, ac Eremitarum S. Augustini, necnon Carmelitarum, & Servorum Beatæ Mariæ, ut declaravit Pius V. *Constitut. sua*, quæ incip. *Romanus Pontifex*, *sub dat. 1. Octobris* 1568.

16 De his quatuor primis Ordinibus Mendicantibus, & de eorum ordine tractant D. Anton. *in sum. 3. part. tit. 6. c. 1. §. 8. & tit. 19. c. 3. & tit. 23. & 24.* Chassan. *in Catalog. gloriæ mundi, p. 4. consid. 68. 69. & 70.* Redoan. *de spol. Eccles. q. 8. in princip.* Zerola *in praxi Episcop. p. 2. verb. Mendicantes, pag. 67.* Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 12. c. 23.* Galgan. *de jure publico, lib. 3. tit. 41.* Ludov. Miranda *in man. Prælat. tom. 1. q. 11. art. 6.* Fr. Emman. *qq. Regular. tom. 1. q. 2. art. 1. cum seqq. & q. 4. art. 3. &*
17 *tom. 3. q. 49. art. 1. & 4.* Et † Ordo D. Augustini est antiquior Mendicantium, Fr. Hieron. Roman. *lib. 6. de Republic. Christiana, cap. 2. ad fin.* sed ex privilegio omnibus Mendicantium Ordinibus præcedit Ordo Prædicatorum, ut dixi *infra alleg. 78. post n. 37. vers. Fratres Prædicatores.*

18 Patres quoque Societ. Jesu inter Mendicantium Ordines comprehendi voluit Pius V. constitutione sua, quæ incip. *Dum indefessæ, dat. Romæ die 7. Iulii 1571.* referunt Hieron. Gabr. *cons. 28.* Fr. Emman. *d. tom. 2. q. 55. art. 5. & d. q. 49. art. 2.* Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 13. c. 7.*
19 Redoan. *d. q. 8. in princ. num. 5.* † Similiter & Ordo Minimorum S. Francisci de Paula annumeratus fuit inter Mendicantes ab eodem Pio V. *Constit. sua* incip. *Apostolicæ, 9. Novembris de anno* 1567. & alia sua Constitutione incip. *Romanus*, 29. *Novembris ejusdem anni.*
20 Congregatio Jesuatorum Mendicantium Ordinibus annumerata fuit. Denique Clemens VIII. *constit. sua* incip. *Romanum Pontificem decet, 20. Augusti anni* 1603.
21 † Carmelitas discalceatos declaravit esse ex Ordine Mendicantium, quæ omnia ex hoc loco desumens me non citato refert Aloys. Ricc. *d. decis. 196. p. 4.*

Dum Matriti essem ad manus meas pervenit petitio quædam porrecta invictissimo Regi nostro Philip. IV. à R. P. Joan. de Spiritu Sancto Ordinis Carmelitani discalceati meritissimo Generali, in qua eleganter & doctè plura in laudem hujus sacræ Religionis, & quod Propheta Dei Elias Monachorum Princeps primus extitit, ipsumque & Elisæum, filiosque Prophetarum veraciter Monachos fuisse multis ostendit, idque refert S. Hieron. *epist. 13. ad Paulin.* Joan. Hieros. *in lib. de instit. Monach. c. 2.* Muñoz *lib. 2. tit. 1. c. 2. art. 3. n. 1.* Rom. *in suo alphabet. verb. Elias,* Rupert. *lib. 3. super Cantic. c. 3.* Petr. Damian. *tom. 3. opusc. 15. c. 2. ad Stephan. Monachum,* Card. Bellarm. *lib. 2. de Monachis, c. 39.* Nicol. Confet. *in monarchia Ecclesiastica contra Marcum Ant. de Dominiis, lib. 2. c. 12.* ubi eum carpit dum ausus fuit affirmare SS. Eliam, Elisæum & Joannem Baptistam Monachos non fuisse. Thom. VValden. *tom. 1. doctrinalis Fidei, lib. 3. art. 2. c. 4.* Deinde in eadem petitione cõprobat Eliam, ejusque successores tria vota emisisse, sacrumque Carmelitarum Ordinem in tribus omnibus substantialibus Religionis punctis, voluntaria paupertate, obedientia, & castitate, imò & virginitate sua eundem S. Eliam prophetam sanctissimum instituisse, quod sentire affirmat Fr. Onufrius Salt. *in vita S. Onufrii, c. 18.* Fr. Joseph. de Siguença *in vita S. Hieron. fol. 110. & 111.* Fr. Th. de Aquino *lib. 1. de Patriarchatu Eliæ, p. 3. sect. 1.* Carthag. *tom. 3. Homil. lib. 17. homil. 2. aliàs tom. 4. lib. 16. homil. 27. object. 7.* Palionidor *lib. 1. de origine & antiq. c. 1.* Petr. Thom. Saracen. *in monologio de vita S. Eliæ, fol. mihi* 111. Salian. *in annal. tom. 4. anno 3139. n. 12.* Ægid. Camart. *lib. de gestis Eliæ, c. 6. sect. 8.* Trithem. *de laudib. Carmelitar. c. 2.* Valer. Ximenes Embrun. *in stimulo, p. 1. c. 1. §. 4.* Petr. Lut. *in compendio histor. c. 5.* Ægid. Leo Delicet. *en su Iardin Carmelit. c. 2.* Fr. Joan. Pinto *in hierarchia Carmelit. tract. 2. c. 10.* Fr. Emman. Roman. *in antiquit. Carmel. tract. 1. cap. 2. & in alphabet. verb. Elias, elucid. 6.* Fr. Marcus de Guadaxara *en su thesoro, c. 2.* Fr. Mich. de la Fuente *in catal. Sanctorum Carmelit.* Palionidor. citatus à Carolo Tapia *in auth. ingressi, C. de sacros. Eccles. verb. monasteria, c. 13. §. 1. n. 9.* Et expressè quod S. Propheta Elias Carmelitani Ordinis fundator extitit, & auctor, tenent Genebrard. *anno* 5268. dum dicit quod Ordo Carmelitarum initium habuit in desertis Syriæ, Aimerici Antistitis opera: sed eorum origo altius repetenda est, nempe à Prophetis Elia, & Elisæo, qui Carmelum montem in Terra sancta primi consecrarunt, & discipulos ibi reliquerunt quos scriptura filios Prophetarum appellat, in Europam eum adduxit Albertus Patriarcha Hierosolymitanus, Joseph. Antiochen. *in speculo militiæ primitivæ Ecclesiæ, c. 17. & 72.* Fr. Thom. de Jesu *in exposit. regulæ, p. 1. c. 1. pag. mihi* 20. Erard. Carthus. *in fasciculo temporum, anno* 1294. *& anno à creatione mundi* 4300. *& anno Christi* 450. Vvaldens. *de Sacram. tit. 9. cap. 89.* Nav. *de horis Canon. c. 21. n. 17.* Guillelm. Eisengren. *in historia Ecclesiast. centenario primo, tit. de Religionib.* Trithem. *de laudibus Carmelit. cap. 1.* ubi ait quod sicut alii Basilium sui Ordinis habuerunt Principem, alii Augustinum, alii Benedictum, Prædicatores S. Dominicum, Minores S. Franciscum, sic hujus Sacratissimi Ordinis institutor est Elias Propheta maximus, propagator S. Elisæus, &c. Chassan. *in catal. gloriæ mundi, p. 4. consid. 53.* Nicol. Coëffeteau *in monarchia Ecclesiast. in discurs. lib. 2. c. 12. fol. mihi* 705. Alcazar. *super* 11. *Apocalyps. vers. 3.* Fr. Didac. de Yepes *in vita S. Theresiæ, lib. 1. c. 2.* Paul. Morigia *de origine Religionum, c. 30.* Palionidor. *lib. 2. de origine Ordinis Carmelitarum,* Valer. Ximenes Embrun *en el estimulo de devotion de la Religion del Carmen, p. 1. c. 1. §. 4.* Fr. Joan. de Jesu *en el libro de la antiquedad del Carmen, en la exposicion de la Regla, p. 1.* Fr. Michaël Muñoz *in suo propugnaculo.* Et quod Carmelitana Religio sit de jure divino, cœlitusque demissa, eo quòd S. Elias divinitus edoctus formam vivendi à Deo accepit, affirmant Robert. Arborien. *tom. 2. de sacro cœlibatu,* Vvaldens. *tom. 1. lib. 3. doctrinalis Fidei, art. 1. c. 4.* Bacon. *lib. 3. quodlib. quæst. 7. art. 2.* Joan. Leidenen *in speculo historiæ, lib. 3. cap. 7.* Philip. Reboti *de gestis Carmelit. c. 5.* F. Joan. de Jesu Maria *tom. 2. in vita B. Theresiæ ad Paulum V. lib. 1. c. 2.* Albert. Mag. relatus à Fr. Thom. de Aquino *lib. de Patriarchatu Eliæ, p. 3. sect. 5.* Franc. Camill. *in summario antiquitat. Carmelit. cap. 2.* Specul. Carmelit. *lib. 1. c. 2.* F. Diego Maldonado *lib. 1. de su elucidario, cap. 11.* Petr. Lusit. *in compendio historiali, c. 3.* Ægid. Leo *en su Iardin Carmel. p. 1. c. 2.* Fr. Joan. Pinto de Victoria *in monarchia, tract. 2. c. 10.* Muñoz *lib. 1 tit. 2. c. 4. art. 2. & lib. 2. tit. 1. c. 2. art. 8.* Suar. *de Relig. tom. 4. lib. 2. c. 10. n. 2.*

Omnes & singulæ personæ (ut ad rem redeamus) 22
in beneficiis S. Joannis Hierosolymitani quomodolibet existentes à Seminarii clericorum contributione in qualibet civitate juxta sacri Consilii decretum erecti, seu erigendi, eximuntur per Bullam Greg. XIII. incip. *Quo magis, sub dat. 23. Martii anno* 1580. relatam *inter privilegia Relig. fol. 57.* Anton. Novar. *d. verb. Seminarium, num. 7.*

Hujusmodi Seminaria debent prius esse erecta, & 23
in illis scholares actualiter adesse, ut uniones eis factæ subsistant, Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. gloss. 7. numer. 68.* Aloys. Ricc. *d. resol. 380. num. 1.* ubi dicit sic pluries Rotam decidisse, Rota etiam *decis. 885. num. 5. & decis. 836. num. 4.* apud Farin. *in novissim.* aliàs *p. 4. divers.* latè & eleganter Lotter. *de re benefic. lib. 1. q. 30. num. 47. cum seqq.*

Dicitur autem Seminarium erectum ex introduc- 24
tione puerorum, non verò ex emptione domus pro eo, & creatione deputatorum, ut censuit Rota *in Cordub. præstimoniorum, 7. Februar. 1601.* apud Farin.

*deciſ.*835. *in novis* , & ad hoc eſt bona Rotæ Rom. deciſio, quæ ſequitur.

Reverendiſſimo P.D.Coccino Decano, Adjacen. beneficii, Veneris 15. *Aprilis* 1622.

DUbitavi , an conſtaret de exiſtentia Seminarii ad effectum de quo agitur : effectus autem dubii eſt , ut videatur, an Seminarium poſſideat, quia ſi poſſidet, non poteſt dari de attentatis , cum attentata in hoc caſu pendeant à poſſeſſione, juxta reſolutionem factam in hac cauſa 21. *Maii* ſuperioris anni.

Hoc dubium habet tres inſpectiones. Prima eſt , an unio poſſit fieri Seminario nondum erecto ? Secunda, dato quod non poſſit fieri , an poſſeſſio capta nomine Seminarii de facto erecti ſuffragetur? Tertia,an conſtet de valida erectione.

25 Et quantum attinet ad primam difficultatem , Domini fuerunt concordes , quod unio Seminario nondum erecto fieri non poſſit, & quod ad hunc effectum requiritur præparatio domus conductæ , vel emptæ, & introductio puerorum,ut fuit reſolutum *in cauſa Oxomen.beneficii*,24.*Octobris* 1611.coram Illuſtriſſim.Cardinal.Sacrato,*in dec.*361.*n.*3.*& ſeqq.p.*2. *recentior*. ubi refert ſententiam Congregationis Illuſtriſſimorum Interpretum Concil.Trid. & alias deciſiones Rotales, & latè proſequitur Garcia *de benefic. p.*12. *c.*2. *num.*193. *cum pluribus ſeqq.* & admittit Gonz.*ſuper reg.*8.*gloſſ.*5. §.7. *n.*68. qui licèt *n.*75. teneat , quod ceſſante fraude unio facta Seminario nondum erecto valeat, quem ſequitur Modern.*diſcept.forenſ.c.*248.*n.*71. *& c.*358.*n.*5. tamen iſta ſententia, ut advertit Garcia *loc. cit. n.*196. *in fine* , eſt contra declarationes *Congreg. Concilii* , & contra ſententiam Rotæ.

26 Quantum attinet ad ſecundam difficultatem aliqui ex Dominis dicebant , quod ad effectum poſſeſſionis ſufficit , quod Oeconomi deputati acceperint poſſeſſionem, etiam de facto, ad effectum ut dicantur eſſe in poſſeſſione , ſeu detentione , Bald. *conſil.*135. *num.*2. *&* 3. *lib.*2. ubi loquitur de miſſo in poſſeſſionem à Prætore nulliter procedente , contra quem uti poſſeſſorem datur actio ſpolii. Doct. *in l. juſtè poſſidet, ff. de acq.poſſeſſ.*Aym.*conſil.*18.*n.*8.& bene Mohedan. *dec.*20. *de reſtit. ſpoliat.* Cæterùm reſpondebatur ab aliis Dominis , quod concluſio procederet ſi Oeconomi voluiſſent acquirere poſſeſſionem, nedum nomine Seminarii , ſed etiam nomine proprio , quia iſto caſu falſitas verſatur tantum circa cauſam poſſeſſionis , quare non impediret acquiſitionem , quia non deficeret voluntas poſſidendi , aut nomine proprio , aut nomine ſeminarii, *l.*2.§.*ſi à pupillo,l.quod vulgò,ff.pro empt.* & facit text.*in l.cum in corpus* 36.*ff.de acquir.rer. domin.* prout Bart. & Jaſ. *in l.ſi is ad quem, num.*2. *de acquir. hæred.* & fuit dictum *in cauſa Macerat. hæreditatis*, 4. *Junii* 1590.coram Cardinali Pamphilio ſen.ſed in hoc caſu ſi Seminarium non erat erectum, quia pueri nondum erant introducti , non poterant Oeconomi acquirere quaſi poſſeſſionem , quia noluerunt acquirere nomine proprio,ſed nomine Seminarii, quod cum non ſit erectum , poſſeſſio eſt ex falſa cauſa circa factum, hoc eſt, circa exiſtentiam Seminarii, & ideò eſt nullius conſiderationis,nec producit Juris effectus , *l.*1. §. *hæc verba,ff.ne vis fiat ei.*Bald. *d.conſ.*135.*num.*2.*lib.*2.Port. Imol. *conſil.*75. *n.*11.& facit text. *in l.ſi me in vacuam, ff. de acquir.poſſeſſ.*

27 Quantùm attinet ad tertiam difficultatem , viſum fuit conſtare de exiſtentia Seminarii. Conſtat enim Epiſcopum elegiſſe duos Canonicos pro regimine , & gubernio Seminarii. Secundò elegit duos Conſultores pro inſtituendis taxis, & faciendis unionibus, alterum de Capitulo, & alterum de Clero , & mandavit, quod alii duo eligerentur , alter per Capitulum, & alter per Clerum , prout fuerunt electi : & deinde cum conſilio prædictorum taxavit Epiſcopus ſeipſum, & menſæ ſuæ redditus,necnon alios in decima parte fructuum, relaxando præceptum de ſolvendis taxis,& conſtituti exactores , necnon in domum Seminarii introduxit pueros , ut patet ex mandatis procuræ datis per ipſos Seminariſtas : unde ſatis conſtat de exiſtentia Seminarii legitima de tempore unionis , ad præſcriptum Concil. *c.*18. *de reform.ſeſſ.*25.

Et ita clauſum , &c. Hactenus deciſio.

Beneficia ſimplicia cujuſcumque dignitatis fuerint, 28
& qualitatis,poſſunt Seminario uniri,ut commodè regi valeat, ſine tamen præjudicio obtinentium, etiamſi eſſent affecta, aut in Curia effectum ſortirentur , Fuſch. *d.cap.*16.*num.*9.Non poſſunt tamen ſimplicia beneficia ad collationem inferiorum ſpectantia, nec Canonicatus,neque beneficia juriſpatronatus , etiam Eccleſiaſtici , nec beneficia Sedi Apoſtolicæ reſervata poſt illorum vacationem , nec præterea vacantia in menſe reſervato per Epiſcopum ſeminario uniri , ut cenſuit *Sacra Congregatio* , teſte Franciſco Leo *in theſauro fori Eccleſiaſt.part.*2.*c.*16.*n.*23. & cùm Concilium Trid. *d. c.*18.non decernat,ut omnia beneficia ſimplicia uniantur Seminario, ſed aliquot, ideò † unio facta omnium 29
beneficiorum non valet. Ita deciſum refert Aloyſ. Ricc. *in praxi fori Eccleſiaſt. dec.*492. *in* 3. *edit. & reſol.*383.*num.*4.*in* 2. *edit.* item *& dec.*720. *in* 1.*edit. & reſol.*610.*num.*10. *in* 2.*edit.* Sed † cenſuit Rota *in una* 30
Aſſiſien.beneficii,11.*Maii* 1607. coram *Card.Marquemontio*, unionem factam Seminario de beneficio reſervato fuiſſe nullam,refert Nicol.Garcia *in addit.ad ſuum tr. de benefic. p.*12.*c.*2.*num.*103.ubi *num.*106. dicit per *Sacram Congreg.* deciſum , non poſſe,etiam ante vacationem,uniri Seminario beneficia,quæ obtinent perſonæ,quæ ob familiaritatem Cardinalium , vel aliam rationem tales ſint , ut quocunque menſe decedant, certum ſit ea fore affecta Sedi Apoſtolicæ.

Unde deciſum extat in una *Averſana beneficiorum*, 31
31. *Junii* 1606. coram *Cardin. Sacrato* , unionem de beneficiis reſervatis per *Extravag. ad regimen , de prabend. inter commun.* innovatam *per reg.*1. *Cancellaria*, factam per Epiſcopum quantumcunque ad favorem Seminarii , & ſervata in reliquis forma decretorum Concilii,eſſe nullam,quam opinionem iterum amplexa eſt *dec.*201. *n.*5.*p.*2. *recent.* quarum Rotæ deciſionum meminit Lotter. *de re benef. lib.* 1.*q.*30.*n.*43.

Canonicus electus ad Seminarii adminiſtrationem 32
perpetuò illam habere debet , nec removeri poteſt, niſi ex legitima,& juſta cauſa,refert deciſum Galet.*in margarita caſuum conſcientiæ , verb. Canonicus, pag.*30. *colum.*1. † Epiſcopus tenetur adhibere in conſilium prædictos deputatos , non tamen obligatur eorum conſilium ſequi. Gonzal.*ad reg.*8.*Cancell. gloſſ.*46. *n.*74. me citato *in hoc loco*, Alzed. *de præcellent. Epiſc. dign.p.*2. *c.*9.*n.*50. itaut † uniones factæ Seminario abſque con- 33
ſilio eorum , quos jubet Concilium adhiberi , non valeant ; quia quando datur alicui poteſtas à lege, & ab eadem adjicitur,quod faciat cum conſilio alterius,illud de neceſſitate requiritur , *l. impuberibus , ff. de ſuſpect. tutor.* & Bart. *in l.Titium , n.*3. *ff.de admin. & periculo tut.*ita in terminis Franciſc. Leo *d.c.*16.*n.*25. ubi aſſerit quandoque vidiſſe diſputari de validitate , & invaliditate unionum Seminario factarum ex defectu præſentiæ deputatorum , & pro nullis reputari. Quos quidem deputatos etiam debet Epiſcopus adhibere in conſilium pro tota temporali adminiſtratione prædicti Seminarii , excepta exactione , quæ ad ſolum Epiſcopum ſpectat, Aloyſ.Ricc. *d.reſol.*380. *num.*3. Cujus Seminarii reddituum exactionem ſingulis annis Epiſcopus ipſe accipere debet, adhibitis etiam præſentibus duobus de Capitulo, & totidem à clero civitatis deputatis,ut ſtatuit idem Concil. *d.cap.*27. *verſic. rationes*, & declarat Fuſch. *d.c.*16.*num.*15. Dum verò hujuſmodi duos ex Capitulo ea de cauſa ſine fraude tempore

divinorum

divinorum Officiorum abeſſe ſimul cum Epiſcopo contingeret, privandos non eſſe quotidianis diſtributionibus, tanquam abſentes propter Eccleſiæ utilitatem, reſolvit Moneta *de diſtrib. quotid. p. 2. q. 8. num. 17.* ubi *num. 16.* idem reſolvit de illis Canonicis, qui ex præcepto Conc. Trid. *ſeſſ. 21. de reform. c. 9.* debent adhiberi ab Epiſcopis, ſeu locorum Ordinariis in publicandis indulgentiis, aliiſve ſpiritualibus gratiis: & *num. 18.* idem pariter ſtatuendum aſſerit de illis duobus Canonicis, altero ab Epiſcopo, altero per Capitulum eligendo, qui donec Synodus aliqua Provincialis celebretur, in qua ea de re ſtatuatur, ab eodem Epiſcopo adhiberi debent in iis providendis, quæ neceſſaria videbuntur circa divina officia, omneſque Eccleſiæ miniſtros, juxta ea quæ eadem Tridentina Synodus decernit *ſeſſ. 24. de reform. cap. 12. in fine.* Idem etiam numeris ſequentibus dicendum putat de aliis Canonicis eligendis præſcripto Concil. Trident. *ſeſſ. 25. de reform. cap. 6. & cap. 8. verſ. quod ſi hoſpitalia,* aliiſque in locis. Sed hoc ita indiſtinctè verum non eſt, niſi id concedatur privilegio, vel conſuetudine legitima præſcripta, aut ſtatuto Eccleſiæ auctoritate Apoſtolica confirmato, quale eſt Mediolani, idem Moneta *d. p. 2. q. 11. n. 68. & ſeq.* optimè Nicol. Garc. *de benef. in addit. ad p. 3. c. 2. n. 355.*

34 Pueri ad hoc Seminarium admittendi, debent eſſe ad minus duodecim annorum, de legitimo matrimonio, habitu clericali ſemper uti, ſingulis diebus Miſſas audire, ſinguliſque menſibus confiteri, ac corpus Chriſti ſumere, ſi id Confeſſor judicaverit, non incorrigibiles, ut admonet Concil. *d. loco, verſ. Diſcolos,* pauperum autem filios præcipuè eligi vult, prout refert Zerol. *in præxi Epiſcop. p. 1. verb. Seminarium,* §. 2. Itidem diſcere debent Grammaticam, cantum, computos Eccleſiaſticos, homilias Sanctorum, atque Sacramentorum tradendorum formam, & ritum, ac cæremoniarum formulas, prout diſponit Concil. *d. loco,* §. *Ut verò,* & referunt Zerol. *d. verb. Seminarium,* §. 3. Fuſch. *d. c. 16. num. 14.* & de educatione puerorum multa tradit Lorin. *in Act. Apoſt. can. 7. verſ. 22.*

35 In Bracharenſi civitate, una de antiquioribus Hiſpaniæ Urbibus, quam à Gallis Celtis cognomento Bracharis fuiſſe conditam, fama eſt anno ante Virginis partum ducenteſimo nonageſimo, eſt celebre adoleſcentum Seminarium, ad normam Sacroſanctæ Tridentinæ Synodi ſub Principis Apoſtolorum tutela, & patrocinio, cujus imago ex marmore inaurata fulget excelſo, ac ſublimi in loco pro foribus ejuſdem Collegii. Ædificii moles tum ad ſpeciem pulchra, tum ad diſciplinam tuendam perquam accommodata eſt, Primatialibuſque ædibus vicina: hîc quinquaginta collegæ talari veſte coloris cærulei induti peramplè, & copiosè ſuſtentantur ſub Rectore, & Vicerectore viris doctis, & gravibus, qui in tardos animadvertunt, & incorrigibiles expellunt Archiepiſcopi auctoritate, qui reliquos pro uniuſcujuſque in litteris, & virtute progreſſu præmiis afficit. Omnes ediſcunt muſicam, & ad publica gymnaſia Grammaticæ, Philoſophiæ, ac Moralis, & ſpeculativæ Theologiæ quotidie gregatim pergunt, Vicerectore comitante; in omnibus mira modeſtia, mira domi, foriſque diſciplina elucet, magnus etiam per totam diœceſim fructus exuberat: de cujus fundatione agit Illuſtriſſim. Dom. Acuña *in hiſtoria Eccleſiaſt. Archiepiſcopor. Bracharenſ. part. 2. cap. 86. num. 2. pag. 376.*

ALLEGATIO LXXVIII.

Epiſcopus publicas proceſſiones quando indicere valeat, & quas perſonas ad illas compellere poſſit?

SUMMARIUM.

1 *Proceſſiones à procedendo, & eundo dicuntur.*
2 *Proceſſiones publicæ ſunt quæ fiunt in Litaniis majoribus, & minoribus, aut pro bono publico, vel in adventu novi Epiſcopi, vel in feſto Sanctiſſimi Corporis Chriſti.*
3 *Proceſſiones publicas nullus valet indicere, niſi Ordinarius ſit.*
4 *Proceſſiones publicæ dirigendæ ſunt quò voluerit Epiſcopus cum conſilio Capituli.*
5 *Vicarius generalis abſente Epiſcopo poteſt publicas proceſſiones indicere.*
6 *Proceſſiones privatæ ſunt, quæ à Capitularibus, & clericis, ac Cathedralibus tantum fiunt ob aliquas cauſas.*
7 *Regulares abſque Epiſcopi licentia proceſſiones etiam privatas facere non poſſunt, præterquam intra Eccleſiam, ejuſque, & monaſterii ambitum.*
8 *Exempti clerici, tam ſæculares, quàm Regulares, etiam Monachi, ad accedendum ad publicas proceſſiones compelli poſſunt.*
9 *Clerici omnes diœceſani, quantumcunque exempti, ſi beneficia habeant, etiam ſimplicia, vel in diœceſi obtineant officium in Eccleſiis, poſſunt compelli accedere ad publicas proceſſiones.*
10 *Clerici qui ſunt nullius diœceſis, vel extra civitatem in locis in quibus habent plebem, non poſſunt compelli accedere ad publicas proceſſiones.*
11 *Clerici inſervientes Eccleſiis Religionis Hieroſolymitanæ, nulla immunitate ſe tueri poſſunt quin ad proceſſiones vocari non debeant.*
12 *Canonicos, & alios Presbyteros beneficia, vel officia Eccleſiaſtica obtinentes poteſt Epiſcopus cogere, ut accedat ad proceſſiones publicas, aut indictas pro bono publico, vel honore.*
13 *Sacerdotes nullum officium, aut beneficium Eccleſiaſticum obtinentes in civitate, vel diœceſi, non ſunt ab Epiſcopo compellendi ad ullas proceſſiones accedere.*
14 *Regulares quantumvis exempti tenentur accedere ad omnes, & quaſcunque proceſſiones publicas, & conſuetas, aut indictas pro bono publico, vel honore.*
15 *Regulares, qui in ſtrictiori clauſura perpetuò vivunt, non poſſunt compelli accedere ad proceſſiones.*
16 *Conventus, in quibus Fratres ſub arctiori clauſura degunt, ita ut nec in choro cantent, nec ad mortuos accedant, non ſunt compellendi accedere ad proceſſiones.*
17 *Canonici regulares Sanctæ Crucis Conimbricenſis veniunt appellatione eorum, qui in ſtrictiori clauſura vivunt.*
18 *Monaſterium Sanctæ Crucis Conimbricenſis ab Alphonſo Henriquez I. Portugaliæ Rege extructum, & ab Emanuele reſtauratum fuit.*
19 *Conimbricenſis civitas ſicut præſtantia, antiquitatis commendatione, ita & Regiæ quondam Sedis prærogativa celebris.*
20 *Conimbricenſis Academiæ laudes qui cumulent, citantur.*

21 Regulares

21 *Regulares absentes à civitate per dimidium milliare, non sunt compellendi ab Episcopo accedere ad processiones.*

22 *Regulares, vel alii habentes ex privilegio, ut non teneantur ad processiones ire, non sunt compellendi, quamvis semel, vel sæpius iverint.*

23 *Religiosi Soc. JESU habent ex privilegio, ut non teneantur ad processiones accedere.*

24 *Confraternitates laïcorum an possint per Episcopum compelli accedere ad processiones publicas, ostenditur.*

25 *Regulares non accedentes ad processiones in casibus quibus tenentur, an pœnis, & censuris valeant per Episcopum puniri, ostenditur.*

26 *Controversias omnes de præcedentia inter Ecclesiasticas personas, tam saculares, quàm Regulares contingentes, Episcopus amota omni appellatione quoad effectum suspensivum summariè componit.*

27 *Præcedentiæ sunt judicandæ secundum loci consuetudinem.*

28 *Fundatio antiquior in præcedentiis componendis maximè attendenda est.*

29 *Canonici Regulares præcedunt Monachos, etiam nigros.*

30 *Fratres Prædicatores præcedunt reliquos Mendicantes.*

31 *Compromitti an possit in materia præeminentiarum, ostenditur.*

32 *Controversiæ de præcedentia quomodo componendæ, declaravit Greg. XIII.*

33 *Constitutio Greg. XIII. de præcedentiis habet locum in prioritate unius diei, vel horæ.*

34 *Prioritas, seu præventio causatur non solùm per unum diem anterioritatis, sed etiam ratione unius horæ.*

35 *Præcedentiæ sunt terminandæ secundùm quod in Alma urbe omnium magistra servatur.*

36 *Religio debet præcedere, quæ est prior in institutione, & approbatione.*

37 *Monachi trium fontium, & Sanctæ Crucis in Hierusalem, debent præcedere Monachos S. Eusebii, ex quo eorum ordo, qui est Cisterciensium, fuit prius institutus, & approbatus.*

38 *Parochus in sua Ecclesia est præferendus Decano, & Capitulo Collegiatæ ad eam Ecclesiam personaliter ex antiqua consuetudine accedentibus.*

39 *Confraternitates quomodo componendæ, dum inter eas contenditur de præcedentia, remissivè.*

40 *Judicium possessorium pro honore competit.*

41 *Antiquiori & nobiliori competit locus honorabilior: quod si ab eo deturbetur, fit ei injuria, quam de facto potest propellere.*

42 *Controversias circa locum incedendi in processionibus an aliquando componat sæcularis judex? ostenditur.*

1 PROCESSIONES à procedendo, & eundo dicuntur; namque convocato, & procedente Clero cum vexillis, Crucibus, & cereis, ac sequente populo fiunt. Ita Petr. Greg. *lib.* 1. 2 *partitionum juris Canonici, tit.* 20. *c.* 4. † Publicæ autem processiones sunt, quæ fiunt in Litaniis majoribus, ut in festo S. Marci, & in minoribus, ut in triduo antecedente Ascensionem Domini; cujus orationes appellantur ab Ecclesia Rogationes, vel quæ fiunt pro bono publico ratione occurrentis necessitatis, ut imminente peste, alioque flagello, vel in adventu novi Episcopi, vel in festo Sanctissimi Corporis Christi, & quæ Episcopo videbuntur. Ita Zerola *in praxi Episcop. p.* 1. *verb. processiones*, §. 2. Seraphin. *decis.* 15. *num.* 2. ubi quod Rogationes dicuntur processiones generales, & *n.* 1. quod in processionibus generalibus omnes clerici debent ad Cathedralem convenire, Prosper de Augustino *in additionib. ad Quarantam in summa Bullarii, verb. præcedentia*, Ugolin. *de potestate Episcopi, p.* 1. *c.* 20. §. 2. *n.* 6. Aloys. Ricc. *in praxi fori Ecclesiast. decis.* 362. *in* 1. *edit. & resol.* 308. *num.* 7. *in* 2. *editione*, Campanil. *in diversorio Iuris Canonici, rub.* 12. *c.* 13. *num.* 118. multa ex hoc loco me non citato desumpsit idem Aloys. Ricc. *in decis. Curiæ Archiep. Neap. decis.* 39. *num.* 3. *p.* 4. latè Valenzuela *tom.* 2. *cons.* 184. *à princip.* Et *Sacra Congreg. Cardinalium Concil. Trid. interpretum in Ferrar.* 17. *Iulii* 1609. declaravit publicas processiones, ad quas exempti ab Episcopis vocati accedere tenentur, ex decreto Concilii Trident. *sess.* 25. *de Regular. cap.* 15. esse intelligendas quæ inductæ fuerint pro bono publico, vel publico honore.

Hujusmodi autem publicas processiones indicere 3 nemo valet, nisi Ordinarius sit, ut resolvunt Campan. *d. loco*, Bellet. *disquisit. clerical. p.* 1. *tit. de favore clericorum reali*, §. 2. *num.* 5. Franc. Leo *in thesauro fori Eccles. p.* 4. *c.* 2. *n.* 142. & censuit *Sacra Congr. Conc. in Elbor.* 14. *Ianv.* 1617. ubi quod id jus habet Episcopus privativè quoad alios. Aloys. Ricc. *d. n.* 7. subdens quod † Epi- 4 scopo competit decernere Ecclesias, quæ adiri debeant; nam processiones publicas dirigendas esse quò voluerit Episcopus cum consilio Capituli, dicunt decisum Franc. Leo *d. p.* 4. *c.* 2. *n.* 145. Armend. *in addit. ad recopil. Legum Navarræ, lib.* 1. *tit.* 14. *c.* 28. §. 31. *de processionibus, n.* 1. & 2. Aloys. Ricc. *d. Neapol. decis.* 39. *n.* 4. *p.* 4. Valenzuela *d. tom.* 2. *cons.* 184. *a num* 22. & sic requiri consilium, non autem consensum Capituli, censuit *Sacra Congregat. Concil. sub die* 28. *Martii* 1628. & expresse quod consilium Capituli requiratur, declaravit novissimè eadem *Sacra Congregatio in Comensi*, 7. *Februarii* 1632. ita ut Episcopus solus sine consilio Capituli eas edicere, & dirigere minimè valeat, Armendar. *citato loco, n.* 4. non obstante quod Capitulum, vel alii sint per longum tempus in possessione indicendi publicas processiones, vel præscribendi quomodo, & quò sint dirigendæ, *S. Congreg. Concilii, sub die* 16. *Februarii* 1619. & non obstante etiam immemorabili consuetudine, *S. Rituum Congreg. in Camerinensi*, 24. *Augusti* 1619. † Ab- 5 sente verò Episcopo processiones publicas edicere spectat ad Vicarium generalem cùm consilio Capituli, prout posset Episcopus, si præsens esset, *S. Congreg. Rit. in Vigilien.* 29. *Septemb.* 1630. Armend. *ubi supr. num.* 3.

Et in hujusmodi processionibus, maximè si sunt 6 generales, omnes clerici debent ad Cathedralem convenire, *c. quoniam, dist.* 38. Seraphin. *d. decis.* 15. Boër. *de auctor. magni Cons. num.* 74. Sandoval. *de officio Eccles. c.* 29. *num.* 2. Valenzuel. *d. tom.* 2. *cons.* 184. *num.* 69. Privatæ verò processiones sunt quæ à Capitularibus, & Clericis, & Cathedralibus tantùm fiunt ob aliquas causas, Armendar. *n.* 3.

Regulares tamen absque Episcopi licentia eas face- 7 re non posse usus probat, præterquam intus Ecclesiam, ejusque, & monasterii ambitum, quod fuisse etiam non semel resolutum, testatur Zerol. *d. loco*, §. 4. & sic observari vidisse refert Campan. *d. c.* 13. *n.* 118. *in fine*, explosa sententia Portel. *in dub. Reg. verb. processiones, num.* 8. quem refert Villalob. *in sum. tom.* 2. *tract.* 35. *diffic.* 5. *n.* 9. existimantis Regulares posse facere processiones extra Conventum sine licentia Episcopi, & Jacob. de Graff. *cons.* 20. *de Regul.* opinantis illis licere per triginta passus extra ambitum processiones facere, per text. *in cap. sicut antiquitus*, 17. *q.* 1. Et ideo *Sacr. Congreg. Illustriss. DD. Cardinalium Concilii Trid. interpretum*, *sub die* 2. *Iulii* 1620. censuit non licere Regularibus hujusmodi processiones facere extra Ecclesias, & ambitum illarum, ut refert Laur. de Peirinis *in const. sui Ordinis Minim. tom.* 2. *Constit.* 7. *Pii V. n.* 13. *vers.* 8. *ad pag.* 193. me citato *in hoc loco*, Diana *moral. resol. p.* 2. *tract.* 2. *resol.* 77. *vers. non reticeam.* Circa processiones autem Rosarii,

Rosarii, refert Festus *in Constit. sui Ordinis, part.* 1. *c.* 23. prout eum citat Laurent. de Peirinis, *d. loco*, ex declaratione *ejusdem Congreg.* posse illam fieri per totam civitatem, si ita habeat consuetudo à decem retro annis servata, & in quatuor festivitatibus B. Mariæ, nimirum Nativitatis, Annunciationis, Purificationis, & assumptionis. Advertit tamen Zerola *ubi supra, vers. ad* 4. quod inspicienda sunt Regularium privilegia, an habeant concessionem quod possint facere processionem extra eorum claustra absque licentia Ordinarii, qui ait se non credere eos habere, cùm passim videat in processionibus Rosarii, Conceptionis, & hujusmodi, Neapoli, & alibi solùm illas facere intra claustra, & ambitum monasteriorum.

8 Clerici omnes exempti, tam sæculares, quàm Regulares, etiam Monachi, ad accedendum ad publicas processiones compelli possunt, ut decidit Concil. Trident. *sess.* 25. *de regularibus, c.* 13. quod citant Zerol. *in praxi Episc. p.* 2. *verb. processiones*, §. 2. Fr. Emman. *in quæst. Regul. tom.* 3. *q.* 36. *art.* 1. Steph. Grat. *decis. March.* 232. Tusch. *de visitat. lib.* 2. *c.* 15. *n.* 53. Marc. Anton. *var. libro* 1. *resol.* 13. *n.* 16. Lezana *in sum. quæst. Regul.*
9 *cap.* 9. *num.* 47. † & procedere in Clericis omnibus diœcesanis, quantumvis exemptis, si beneficia etiam simplicia in diœcesi obtineant, refert decisum Aloysius Riccius *in Collectaneis decis. part.* 4. *collect.* 882. *in princip.* † vel si non habeant, sufficit quod saltem ob-
10 tineant officium in Ecclesiis, Bald. *decis.* 339. *p.* 2. non comprehendere tamen eos, qui sunt nullius diœcesis, vel extra civitatem in locis, in quibus habent plebem, resolvit Franc. Leo *in Thesauro fori Ecclesiast. p.* 1. *c.* 8. *num.* 18.

11 Nullæ immunitates Religioni Hierosolymitanæ concessæ obstant, quominus ejus Sacerdotes inservientes Ecclesiis vocari debeant ad processiones, ac nisi accedant, etiam compelli, ut refert decisum Salgado *de protect. Regia p.* 2. *c.* 9. *n.* 103. & me citato *in hoc loc.* Novar. *in lucerna Regul. verb. processiones, n.* 8. *pag.* 208. Armend. *d. loco, num.* 5. Cened. *pract. & Canon. qq. lib.* 1.
12 *q.* 26. *n.* 27. idem Armend. *ubi sup. num.* 13. subdit † posse Episcopum cogere Canonicos & alios Presbyteros beneficia vel officia Ecclesiastica obtinentes, ut accedant ad omnes & quascumque processiones publicas, aut indictas pro bono publico, vel honore, *& num.* 12. at-
13 testatur in *Sacra Congreg.* decisum † Sacerdotes nullum officium, aut beneficium Ecclesiasticum obtinentes in civitate, vel diœcesi, non esse ab Episcopo compellendos ad ullas processiones accedere.

14 Regulares, quantumvis exempti, tenentur accedere ad omnes, & quascunque processiones publicas, & consuetas, aut indictas pro bono publico, vel honore: ita disponit Concil. *d. loco*, & refert decisum Armendariz *ubi proximè*, *num.* 15. resolvunt Fr. Emman. *d. tom.* 3. *q.* 36. *art.* 1. Cochier. *de jurisdict. Ordinarii in exemptos, p.* 2. *quæst.* 45. *n.* 109. Chopin. *de Sacra polit. lib.* 2. *tit.* 6. *n.* 18. Francisc. Leo *d. part.* 4. *c.* 2. *n.* 143. Ugolin. *d. c.* 20. §. 2. *num.* 4.

15 *Primo* limita in Regularibus, qui in strictiori clausura perpetuò vivunt, ut disponit Concil. *d. c.* 13. *in fine*, & resolvunt Franc. Leo *d. c.* 2. *n.* 144. Stephan. Gratian. *d. decis.* 232. Aloys. Ricc. *d. resol.* 308. *n.* 2. Armend. *d. loco, n.* 8. Ugolin. *d. c.* 20. §. 2. *n.* 5.

16 Conventus igitur in quibus Fratres sub arctiori clausura degunt, ita ut nec in choro cantent, nec ad mortuos accedant, sed tantùm studiis, & lectionibus vacent, non sunt compellendi accedere ad processiones, ut refert decisum Armendar. *d. loco, n.* 8.

17 Appellatione eorum, qui in strictiori clausura vivunt, venire Canonicos Regulares sanctæ Crucis Conimbr. refert decisum Armend. *d. loco, n.* 8. & me citato *in hoc loco*, Novar. *d. verb. processiones, n.* 9.

18 Monasterium hoc, quod ab Alphonso Henriq. I. Portugaliæ Rege extructum, ab Emmanuele restauratum, & perfectissima religione, cura, & opera Joannis III. reformatum ubique gentium est celebratissimum ob corpora illa primorum Portugaliæ Regum Alphonsi, & Sancii filii, & Theotonii sanctas Reliquias, & quinque Marrochiensium Martyrum, & insignia virtutum omnium exempla, quæ ibi perennant ex memoria Beati Antonii Lusitani, quem suæ familiæ aliquando habuisse alumnum, in eaque prima tot, tantarumque virtutum, quæ universum jam Orbem Christianum compleverunt, jacta fuisse semina, in supremam ducere possunt suæ felicitatis partem: de cujus monasterii laudibus multa tradunt Marizius *in dialogis variæ historiæ, fol.* 46. *&* 361. Odoard. Nonius Leon. *in chronica Regum Portugaliæ, in vita Alphonsi I. fol.* 55. *verso*, raræ facundiæ & exquisitæ eloquentiæ vir Fr. Ludov. ab Angelis *in vita August. lib.* 4. *c.* 21. *pag.* 112. Fr. Emman. *qq. Regul. tom.* 1. *q.* 3. *art.* 1. noviss. Illustriss. D. Acuña *in historia Ecclesiastica Episcop. Bracharensium, part.* 2. *c.* 14. qui vitæ fabulam mortalis implevit
19 Ulyssipone anno 1643. † Monasterium hoc situm est in Conimbricensi civitate, quæ situs præstantia, antiquitatis commendatione, & Regiæ quondam Sedis prærogativa, tantum alias inter caput extulit Urbes, quantum lenta solent inter viburna cupressi, cujus agrorum ubertatem, aëris temperiem, auriferi Mundæ amœnitatem graphicè describit Marizius *in dialog. variæ historiæ, dial.* 1. *c.* 1. *cum seqq.* de qua ita cecinit Poëta noster Lusitanus.

O domus, ô Regum Sedes, ô dulce Camœnis
Hospitium, magis ô loca digna Diis.
Ut libet has vidisse tuas Conimbrica moles,
Mœniaque Egnati versibus aucta mei.
Agnosco nunc Pieridum Palatia quondam,
Lusitanorum tecta superba Ducum.
Agnosco celsas, ingens opus, Herculis arces,
Et videor lymphas cernere Munda tuas.
Non me curvati pontis bona semina, non me
Egregium tota quicquid in urbe latet.
Omnia miratus Musis, & Appolline dixi,
Non erat in toto dignior orbe locus.

20 Non possum igitur à recordatione hujus civitatis pueritiæ meæ altricis discedere, in cujus celebri Academia per duodecim annorum spatium Juri Pontificio, Cæsareoque integra semper valetudine operam dedi, cui jure optimo studiorum, laborumque meorum fructus, operamque meam, & industriam pro collato in prioris educationis munere, me debere profiteor, de cujus encomiis latè Vasæus *de Hispaniæ antiquitatibus, c.* 20. Hieron. Rom. *de Republ. Christiana, p.* 2. *lib.* 5. *c.* 20. Fr. Amator Arraiz *dial.* 3. *c.* 8. Mariz. *d. c.* 1. *cum sequent. & dial.* 5. *fol.* 353. *cum seq.* Lut. Marinæ Siculus *lib.* 2. *c.* 3. Doctor Franciscus de Moncon, sacrarum & humanarum litterarum eruditione & cognitione clarus, *in lib.* 1. *sui speculi Principis Christiani, c.* 36. *fol.* 85. ubi latè de institutione hujus celebris Academiæ Conimbricensis, Camill. Borel. *de præstantia Regis Catholici, c.* 40. *n.* 137. ubi refert Conimbricensem Academiam in Lusitania erectam fuisse à Joan. II. Regis Alphonsi V. filio, eamque à summis, præclarissimisque Viris in omni scientiarum genere in dies excrevisse, & inde in omni disciplinarum genere liberalibus artibus, & scientiis viros eruditissimos effluxisse. De qua idem Poëta Lusitanus:

Regum olim hæc fuerat, Musarum Regia nunc est,
Esse usquam melius non potuere Deæ.

21 *Secundò* limita si Regulares absint à Civitate per dimidium milliare, quia tunc non tenentur, nec compellendi sunt ab Episcopo accedere ad processiones, prout decisum referunt Aloys. Ricc. *d. resolut.* 308. *num.* 2. Armendar. *d. loco, n.* 9. 11. *&* 14. Ugolin. *d. c.* 20. §. 2. *n.* 5. *vers.* 2. Salgado *d. c.* 9. *n.* 14. Piasec. *in praxi nova Episcop. p.* 2. *c.* 4. *n.* 47.

22 *Tertiò* limita, si haberent ex privilegio, ut non tene-

rentur

rentur ad proceſſiones ire, quanvis ſemel, vel ſæpiùs iverint: ita reſolvit Aloyſ.Ricc.*d.reſol.*308.*n.*4. prout
23 habent † Religioſi Societatis Jesu à Gregorio XIII. Conſtitut.36. incip. *Quæcunque*, die 16. Julii 1576. *in Bullario novo tomo* 2. Patres Diſcalceati Carmelitani ex Conſtitut. Clementis VIII. incip. *Religioſorum*, de anno 1596.& in aliis per Lezan.*d.c.*9.*n.*47. Et noviſſimè S.D.N.Urbanus VIII.in ſua Conſtit.incip.*Debitum paſtoralis officii*, Kal.Junii 1629. indulſit Clericis Regularibus Pauperum Matris Dei Scholarum piarum,ut de cætero perpetuis futuris temporibus in Urbe arbitrio Cardinalis Vicarii pro tempore exiſtentis, quibuſcumque proceſſionibus, & aliis quibuſcunque actibus publicis quocumque tempore, de more,vel conſuetudine, aut aliàs pro tempore faciendis, aut celebrandis,aut ab Ordinariis locorum quibuſvis indicendis intereſſe minimè teneantur, nec ubicumque locorum per Ordinarios hujuſmodi, aliaſque perſonas inviti cogi, aut compelli poſſint, auctoritate Apoſtolica perpetuò concedit & indulget, & deſuper ab eiſdem Ordinariis, vel aliis perſonis moleſtari, perturbari, aut inquietari nullatenus unquam poſſe.

Clerici Regulares congregationis S.Pauli Decollati ad proceſſiones & actus publicos accedere non coguntur,ut eis indulſit Sixtus V. conſtit.ſua 5.incip.*Rationi*, ſub dat. Kal.Maii 1585. *in Bullar.novo tom.*2.*pag.*490. Nec Clerici Regulares Pauperum Matris Dei Scholarum piarum ad eaſdem proceſſiones accedere tenentur, Urb. VIII. Conſtit.100. incip. *Debitum*, Kal.Junii 1610. nec Fratres S. Hieronymi in regnis Hiſpaniarum, ut juxta privilegium Pii V. declaravit ſacra Rituum Congregatio ſub die 14.Junii 1600. Nec Canonici Regulares,nec Lateranenſes,eadem Sacra Congregatio ſub die 30. Julii 1616. Nec Caſſinenſes Monachi ultra ſolitum adſtringendi, ut accedant ad publicas proceſſiones, eadem ſacra Congreg. *in Placentina*, 10. *Junii* 1602. Regulares hi omnes, vel quivis alii, ſi qui ſunt, habentes privilegium non accedendi ad publicas proceſſiones, non tententur ad eas convenire, etiamſi ſemel, vel ſæpiùs conveniſſent, quia eſt privilegium facultatis, & poſſunt ire, ſi velint. Ugol. *de offic.Epiſc.cap.*20.§.2.*num.*5. Scipio de Rubeis *verb. Privilegium, num.*5.

24 *Quartò* limita in confraternitatibus laïcorum; nam per Epiſcopum non poterunt compelli accedere ad publicas proceſſiones, ſed ſolùm invitari, prout declaratum fuiſſe referunt Franc.Leo *in d.Theſauro,p.*1. *cap.*8. *num.*18. Aloyſ.Ricc. *reſol.*308.*n.*5. & Campan.*d.c.*13. *num.*122.Ugol.*de poteſt.Epiſc. cap.*11.*num.*6. Piaſec.*in praxi nova Epiſ.p.*2.*c.*3.*n.*32.noviſſimè Marc.Vulpe *in praxi judic.fori Eccl.c.*11.*n.*9.Sed hujuſmodi laïcorum Confraternitates compelli poſſe dixit Papiæ deciſum Mar.Ant. *var.lib.*1. *reſol.*63. & facit quod hujuſmodi Confraternitates, etſi quoad temporalia non ſubſint Epiſcopis, tamen quoad ſpiritualia ſubſunt, prout reſolvunt Navar.*conſil.*3.*ſub tit.de foro compet.* Tiraq.*de de privil.piæ cauſæ,in præf. verſ.item relictum confraternitatibus*, Sayr. *dec.*5. *de offic. Ordin.* Franc.Leo *in theſauro fori Eccleſiaſt. p.*1.*c.*8.*num.*18. *& p.*2.*c.*29.*n.*22. Mar.Ant.*d.lib.*1.*reſol.*66. Sed prima opinio verior eſt, & ultra citatos ſecundùm illam reſcripſiſſe S.Congregationem, referunt Marc. Ant.Genuenſis *in praxi Archiepiſc. cap.*36.*n.*7. Stephan.Gratian. *March.dec.*132. *num.* 6. Carolus de Graſſis *de effectib. cleric. effectu* 1. *num.* 613. Nam quanvis hujuſmodi Confraternitates poteſtati Epiſcopi in quibuſdam ſubjiciantur, ut videlicet poſſint compelli rationem ei reddere, juxta terminos Concilii Tridentini *ſeſſ.*21.*de reform.cap.*8.*&* 9. prout reſolvit Cened. *pract.& canon.qq.lib.*1. *quæſt.*22. *num.* 20. *&* 24. vel per eum cogi ad recipiendum, vel rejiciendum aliquem ex eorum cœtu, ex adductis per Bobadill.*in ſua politica, lib.*2.*c.*17.*num.*141. itemque ſi agatur de ipſis rebus Univerſitatis, vel jure aliquo ſpirituali, ita quod ratione rei ſubjectæ juriſdictio ſpectet ad Epiſcopum; tamen in reliquis quantumcunque ſint affixæ Eccleſiis, in quibus habent Oratoria, & ſint inſtitutæ auctoritate Epiſcopi, non habent privilegium fori, nec ei ſubjiciuntur, ſicut perſonæ Eccleſiaſticæ, ut obſervant Bobadilla *d.lib.*2.*c.*18.*n.*228. & noviſſimè Lotter. *de re benefic.lib.*2.*q.*10.*n.*52.

Et quia ejuſdem Concilii diſpoſitione cavetur, licere Epiſcopo non modò vocare, ſed cogere non curantes accedere, dubium eſt, qua pœna venirent plectendi Regulares non accedentes ad proceſſiones, & an ſub cenſuris compelli poſſint per Epiſcopum? In primis aliqui tenent cenſuris ab Epiſcopo diſtringi non poſſe, ut reſolvunt multi, quos refert & ſequitur Sanchez *de matrim.lib.*5.*diſput.*33.*n.*28. idem tenent Henriquez *in ſum. lib.*7.*c.*25.§.7. Fr.Emman.*in ſum.tom.*1. *c.*74.*n.*4. Villalob. *in ſum.tomo* 2.*tract.*35. *diffic.*5.*n.*17. Portel.*in addit.ad dub.Regul. verb.Epiſcopus,num.*5.*& verb.Proceſſiones, num.* 1. Hieron.Roder.*in compend.qq. Regul. reſol.* 118.*n.*1. Scort.*in Bullis ſelect. bulla* 393. *verſ. Si autem*, Laurent. de Peirinis *tom.*1. *in Conſtitut. ſui Ordinis Minim. conſtit.*2. *Sixti V.n.*60. Aſc.Tamb. *de jure Abbat. tom.*1. *diſp.*19. *q.*7.*n.*7. Antonin.Diana *moral.reſol.p.*3.*tract.*2.*reſol.*76. & dicit deciſum Quaranta *d.verbo Præcedentia,in fine*. Sed ab Epiſcopo puniri poſſe per cenſuras & pœnas arbitrarias, aliaque Juris remedia, in S. Congr. reſolutum dicit Armend. *d.loco,n.*7. & Papiæ deciſum fuiſſe teſtatur Maceratenſ. *deciſ.*55.*dub.*2. & in Curia Neapolit.obſervatum dicit Marc.Ant.Genuenſis *in praxi Archiepiſc.c.*45.*n.*8.*aliàs c.*59.*n.*4. & ex aliis reſolvunt Ciarlin.*controv for.lib.*1. *cap.*50.*n.*21. Lauret.de Franchis *in controv.inter Regulares & Epiſcopos, quæſt.*6. *verſ. Secundò fallit*, Aloyſ. Riccius *d.reſol.*308.*num.*6. Perez de Lara *de Capellan. & anniverſar.p.*1.*c.*24.*num.*14. Armend.*d.*§.31.*de proceſſionib.* Stephan.Gratian.*Marchiæ deciſ.*232.*num.*15. Cened.*canon.lib.*1.*quæſt.*26.*num.*16. Salgado *de protect. Regia, p.*2.*c.*9.*num.* 109. & expreſsè quod Epiſcopus poſſit compellere etiam ſub cenſuris omnes Religioſos mendicantes, & monachos, ut accedant ad publicas,& generales proceſſiones, etiam cenſuit non ſemel ſacra Congregatio Rituum,ut *in Ferrarienſi* 27.*Julii* 1609. *& in Chilenſi in Indiis*, 27.*Febr.& 15.Maii* 1610.*& in Toletana* 4. *Junii* 1615.

Controverſias quoque omnes de præcedentia inter 26
Eccleſiaſticas perſonas, tam ſæculares, quàm Regulares, in proceſſionibus publicis, aut iis quæ fiunt in tumulandis defunctorum corporibus contingentes, Epiſcopus amota omni appellatione componit, ex Tridentino *d.c.*13. tenet Aloyſ.Riccius *in deciſ.Cur.Archiep. Neapol.p.*1. *dec.*90.*num.*1. & debet intelligi amota appellatione quoad effectum ſuſpenſivum dumtaxat, & compoſitionem hanc debere fieri brevi manu, ſummariè,ac de plano,ſine ſtrepitu & figura judicii,nec comprehendi quæ ſunt nullius diœceſis, referunt deciſum Armend. *d.loco,n.*10. Fuſc.*de viſitat.lib.*2.*c.*15.*num.*65. Campan.*d.c.*13.*num.*120. Franciſcus Leo *d.c.*8 *num.*18. & reſolvit Fr.Emman. *qq.Regularium tomo* 3. *quæſt.*37. *art.*3. Et quod Concilium Trident.*loco cit.* ſolummodò diſponat, ut Epiſcopus poſſit providere, & ordinare quod ſibi videbitur ad evitanda ſcandala,& ordinatum ab eo debeat quidem exequutioni demandari,ſed quod non tollat appellationem devolutivam, in cujus gradu bene datur manutentio poſſeſſori, cenſuit Rota *in Colonienſi præcedentiæ*, 9.*Junii* 1627. coram Card.Ubaldo juniore, impreſſa per Poſthium poſt ſuum tractatum *de manut. deciſ.*32. Cùm igitur modus & ordo incedendi in proceſſionibus,ferendi Crucem,ſedendi in Eccleſia, & ſimilia,ſint actiones ſpirituales,ut tenent Navar.*conſil.*3.*n.*6.*de foro comp.*Perez de Lara *de anniv.& capell. lib.*2. *c.*24. *n.*29. in quibus judicio Epiſcopi laïci ſubſunt,ideò nihil mirum ſi judex Eccleſiaſticus ſit competens etiam inter laïcos,& non judex ſæcularis.Ita Gam.

*deciſ.*1.

*decis.*1.*n.*8. Zerol. *in praxi Episcop. verb. processiones,* Stephan.Gratian. *Marchiæ decis.* 232. *n.*3. Piasec. *in praxi Episcop. p.*3. *tit. de visit. Reg. à n.*40. Perez de Lara *dict.c.*24.*n.*29. Aloys.Ricc. *in collect.decis.collect.* 2863. *in princ.* Cevall.*de cognit. per viam viol. part.* 2. *q.*124.*per tot.* Salgad.*de Regia protect.tom.*1.*p.*2.*c.*9.*n.*3. Campan.*in diversf.Juris Canon.rub.*12. *c.*13.*n.*14. Cancer.*var.resol.tom.*3.*c.*10 *n.*115. ubi ait,quod si contingat laicos contendere super jure sedendi in priori loco, vel alio in Ecclesia, Episcopus est Judex competens etiam inter laicos, de quo *infrà num. ult.* Coram quo etiam dabitur actio injuriarum contra amoventem scamnum de loco, in quo laicus habebat jus sedendi in digniori parte Ecclesiæ, ut per Rogerium *in thesauro, verb. præcedentia, n.*1. Stephan.Gratian. *discep. forens.c.*110.*n.*14. licèt aliàs invito Episcopo laici non acquirant hoc jus in banchis, seu sedibus in Ecclesia, sed solùm ex tolerantia,& ex gratia.Rot.*decis.*222.*n.*1. *p.*1.*diversf.* Molin. *de primog.lib.*1.*cap.*23.*n.*34.*in fine.* Stephan. Gratian. *dict. cap.*110.*n.*19. Intellige ab initio antequam sedere cœptum sit quodammodo, non autem postquam quis consuevit sedere in aliquo loco, quia tunc ex illo solito sedendi dicitur constitui in quasi possessione sedendi, quæ non potest ex postfacto tolli: ita in terminis Apicella *alleg.*13.*n.*19. *cum seqq. & n.*22.

27 In præcedentiis,& possessionibus debet attendi consuetudo loci,cui regulariter, & utplurimum defertur, Chassan. *in catal.gloriæ mundi,p.*4.*consid.*33. *in fine, & consid.*37.39.40. & 41. *in fine,* Navarr. *cons.*1. *n.*3. *de major.& obed.* Chopin. *monast.lib.*2.*tit.ult.n.*23. Paris. *cons.*149. *à n.*1.*vol.*4. Fab.de Anna *cons.*40. *à n.*1.Besold,*in dissert. juridica politica de præcedent.& sessionis prærogativis,c.*3,*n.*8.Valenzuela *tom.*2. *consil.*201.*n.*42. *cum seqq.* Medices *Marchiæ dec.* 21. Surd. *de Neapol. illustr.c.*27.*n.*22. ubi etiam quod ad consuetudinem inducendam in materia præcedentiæ de jure Canonico requiritur decennium,Larata *cons.*2.*n.*27. Boër.*in tr.de auctor.magni consil.n.*49.52. & 68. Menoch. *consil.*51. *n.*4.9.& 15.& *consil.*257.*n.*36.& 42.Gama *dec.*1.*n.*49. Marc.Ant.Genuens. *in practic Archiep.Neapolit. c.*52. *n.*1.Stephan.Gratian.*discept.forens.tom.*1. *c.*106. *à n.*8. & *tom.*2.*c.*298 *n.*8.& *tom.*3.*c.*590. *n.*23. Seraphin. *decis.*964.& *decis.*716.*n.*18. Mastrill.*de Magistr. lib.* 4. *c.*14.*n.*1.& *lib.*5.*c.*4.*n.*30.& *Sicil. decis.*130. *n.*16. D. Contelor.*de præcedent.n.*6.Salgad. *de protect.Regia,p.*2. *c.*9.*à n.*18.me citato *in hoc loco,*Mich.Ferrus *de præcedent.Ecclesiastic. quæst.*18. *à num.*7. & fuit resolutum *in Seguntina præcedentiæ,* 22. *Junii* 1609. coram *Card. Pamphilio sen. & in eadem* 8. *Martii* 1613. coram *Ubaldo sen.& in d.Colonien.præcedentiæ,* coram *Ubaldo jun.& in Lucana præcedentiæ,*24.*Januarii* 1628.coram *R.P.D. Ghislerio,* Novar. *in summa Bullarii, tit.de præcedentia in processionibus,& qq. forens.p.*2. *q.*13. & me citato *in hoc loco,* alter Novar. frater *in Lucerna Regul. verb. præcedentia, pag.* 197. Quod procedit etiamsi consuetudo Juri repugnet, Menoch. *cons.* 51. *n.*51.Seraph.*dec.*964 *n.*1. Gregor. XV. *decis.*124. *n.*2. & 4.Aloys.Ricc. *in collect.dec.p.*4.*collect.*1069. & ideo etiamsi possessio esset contra jus, est manutenibilis, quando est alicujus temporis considerabilis, Rot. *decis.*534.*n.*7.& *dec.*595.*n.*4.*p.*1.*diversf.* & *in recent. dec.* 685.*n.*3.*p.*1.Greg.*dec.*370.ubi Addent. *sub n.*10.& fuit dictum *in Oriolensi jurisdict.*22. *Martii* 1626. coram *Ubald. jun. & in dicta Colonensi præcedentiæ,* coram *eodem.*

28 Perpendere tamen Episcopus debet, cùm vult componere antiquiorem fundationem, & illam quæ est prior in institutione, & approbatione, ut veluti jure potiores præferantur, Aloys. Ricc. *in praxi aurea, re-*
29 *sol.*102.*n.*1. † dum tamen Canonici Regulares præcedant Monachos etiam nigros, ut post longam discussionem, multosque processus superinde compilatos definivit Pius IV. *die* 23. *Septembris* 1563. prout referunt Philipp.Portius *cons.*164. incip. *Cum in supremo, lib.*4.Rendina *in promptuario recept. sent. tit.*101. *n.*3. Paulus Fuscus *de visit.lib.*2.*c.*15.*n.*66. Navar. *com.*4.*de Reg.à n.*4.quamvis Chassan. *in catal.gloriæ mundi, p.*3. *consider.* 54. *n.*43. defendat monachos nigros debere antecedere Regulares Canonicos. Item † Fratres Prædicatores præcedunt reliquos Mendicantes, ut constitutum est *in Bulla Pii V.* & declaravit Gregor. VIII. prout referunt Fusch.*ubi proximè,*Zerol.*in praxi Episc. p.*1. *verb. processiones,* §.4. *pag.*286. D. Contelor. *de præcedent.n.*8.*cum seq.* Salgad. *de protect.Regia,p.*2.*c.*9. *n.*33.Mich.Ferr. *de præcedent.Eccles.c.*45.*n.*9. & citati *infra n.*37.*vers.Fratres.* 30

Advertendum denique est, materiam præeminentiarum regulariter esse magni præjudicii, & propterea non licere de ea sine Superioris authoritate compromittere: secus est,si compromittatur super modo incedendi & conveniendi in processionibus. Ita decisum fuit in Rota *in una Calaguritana præeminentiarum,* 30. *Januarii* 1568. coram *Illustrissimo Seraph.* quæ decisio est inter ejus impressas *decis.*36. 31

Quis autem modus in controversiis de præcedentia componendis servandus sit, declaravit Gregor. XIII. Constitut. sua relata apud Quarantam *in summa Bullarii,verb. præcedentia, pag.*396. *alias* 504 *in nova edit.* & Confectium *fol.*250. & Piasec. *d. c.*3. *n.* 48. Marc. Anton.Genuens. *in sua praxi Archiepiscop. Neapolit. c.*52.*in fine,*Salgad.*de protect. Regia p.*2.*c.*9.*n.*26.& 27. & illius meminit novissimè Mich.Ferrus *de præcedent. Ecclesiast.q.*16.*n.*3. quæ est tenoris sequentis. *Expos-* 32
scit pastoralis officii munus; & infra, *De nobis attributa potestatis plenitudine volumus, & Apostolica auctoritate decernimus, quod quicumque ex dictis fratribus Mendicantibus inter se de præcedentia hujusmodi contendentibus,aut Confratribus Confraternitatum prædictarum, inter quos lites, & causæ præmissorum occasione ortæ jam sint, seu oriri contigerit in futurum, qui in quasi possessione præcedentiæ ac juris præcedendi sunt, ij (quibuscumque reclamationibus, protestationibus, appellationibus, & aliis subterfugiis prorsus remotis, & cessantibus, & postpositis) in processionibus, tam publicis, quàm privatis præcedere debeant, quando verò non probetur, aut non constet de quasi possessione præcedentiæ hujusmodi inter Fratres quidem Mendicantes, ij qui antiquiores in loco controversiæ, inter confratres verò inter se litigantes, ij qui prius saccis usi sunt, in processionibus tam publicis, quàm privatis præcedere debeant, ita ut si contigerit nova Monasteria, aut Domos alicujus Ordinis Mendicantium in loco, in quo alterius Ordinis ex Mendicantibus Monasteria, aut Domus priùs erecta, & instituta sint, ille Ordo qui prius Monasterium, seu Domum in loco habuerit, præcedat. Præterea, quia inter prædictos Ordines plerumque alia in processionibus, & alia in Conciliis generalibus, & aliis actibus publicis, sive privatis, ratio circa modum præcedendi servatur, nolumus per præsentes prærogativas dictorum Ordinum quoad præcedentias hujusmodi, quæ propriis Ordinibus, præterquam in processionibus prædictis debentur, aut Fratribus Capuccinis nuncupatis, qui in processionibus publicis sub Conventualium sancti Francisci, aut Minorum de Observantia Fratrum nuncupatorum Cruce, ut solent,incedere possunt, aliquod præjudicium generari,sicque per quoscumque Judices,&c. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Ecclesiarum, Monasteriorum, Ordinum, Congregationum, Domorum,aut Confraternitatum quarumcunque, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiisque, indultis quoque, litteris Apostolicis,* &c. *Datum Romæ apud S. Marcum, die* 15. *Julii* 1583.

Circa quam Constitutionem advertendum duxi, 33

illam, dum definit inter Fratres Mendicantes,eos præcedere, qui priores ſunt loco, habere locum in prioritate unius diei, vel horæ, quia prioritas, ſeu præventio cauſatur non ſolùm per unum diem anterioritatis, gloſſ. *verb. jam, in cap. ſi eo tempore* 45. *de elect. in 6.* † ſed etiam ratione unius horæ, gloſſ. *verb. die obligavit, in l. ſi ex pluribus* 89. §. *fin. ff. de ſolut. & verb. ſi non appareat, in c. duobus* 14. *de reſcriptis in* 6. Caſſad. *deciſ.* 20. *num.* 1. *de præbend.* Put. *deciſ.* 172. *num.* 3. *lib.* 3. Menoch. *remed.* 4. *adipiſc. num.* 761. Aloyſ. Ricc. vir indefeſſi laboris & ſtudii, librorum helluo, *in praxi aurea reſol.* 103. ubi etiam, quod non ſolùm unius horæ prioritas, ſed etiam unius puncti, vel momenti facit præventionem. 34

55 Et quoniam poſt dictam Conſtitutionem quamplures ortæ fuerint lites circa præcedentiam, ideo *die* 27. *Auguſt.* 1593. *Sacra Congreg. Illuſtriſſimorum & Reverendiſſimorum DD. Cardinalium, negotiis & conſultationibus Epiſcoporum & Regularium præfecta, ad tollendas omnes lites & controverſias, quæ inter Regulares plerumque ſolent oriri ſuper eorum præcedentiis in proceſſionibus cæteriſque actibus, tum publicis, tum privatis, illud in futurum obſervandum cenſuit, quod in hac Alma urbe omnium magiſtra ſervatur,& die* 30. *Auguſti ejuſdem anni* 1593. *Illuſtriſſimus & Reverendiſſimus Dominus Cardinalis Alexandrinus retulit ſupra ſcriptam Congregationis ſententiam Sanctiſſimo placuiſſe, & juxta eam in caſibus occurrentibus ſemper reſcribi,& ſi opportunum fore videbitur, generalem Conſtitutionem deſuper fieri mandaſſe, alia Gregor. XIII. quæ incip. Expoſcit, aliiſque contrariis minimè obſtantibus.* Quarum declarationum meminerunt Piaſec. *in praxi nova Epiſcop. d. n.* 47. *in fine*, Campan. *d. c.* 13. *n.* 121. *verſic. & quoniam*, & Quarant. *d. verb. præcedentia.*

Pro parte Eccleſiarum, Presbyterorum, ſeu Clericorum ſæcularium Regni Caſtellæ, & Legionis in Hiſpania Sacræ Congreg. Rituum expoſitum fuit, quod licèt in libro Cæremoniali Epiſcoporum ſtatutum ſit ut in generalibus proceſſionibus Fratres, ſeu monachi, vel Ordines Regularium antecedant, & Presbyteri, ſeu clerici ſæculares Ordinis, quem ſancti Petri vocant, ſubſequantur, & ultimum locum obtineant, nec mixtim cum Regularibus incedant, prout per abuſum antea faciebant, idque per breve Apoſtol. à Clemente VIII. etiam declaratum, & confirmatum ſuit; tamen Regulares ipſi renuerunt id obſervare, nec ut ſolebant prius, ad proceſſiones accedunt, vel ſi accedant, quaſi per contemptum aliquos paucos Fratres, novitios, ſeu converſos, & ex vilioribus ad eaſdem proceſſiones mittunt. Eadem ſacra Rituum Congreg. facto de prædictis omnibus verbo cum eodem S. D. N. Papa, & de ejus expreſſo ordine & mandato declaravit prædictos omnes Religioſos teneri ad obſervantiam dicti libri Cæremonialis, & litterarum Apoſtol. in forma Brevis expeditarum ſuper obſervatione præmiſſorum omnium, & ſingulorum, & ordinavit ut moneantur omnes Generales, Provinciales, & quicunque alii Regularium ſuperiores, ut prædicta omnino etiam ſub pœnis arbitrio ejuſdem Sacræ Congreg. infligendis obſervari faciant, & numerum debitum, decentem, & conſuetum Fratrum ad proceſſiones mittant. Non obſtante quacunque aſſerta, ſeu prætenſa conſuetudine in contrarium, quam abuſum eſſe, & non conſuetudinem, eadem S. Congreg. declaravit, & quibuſcunque aliis non obſtantibus. Et ita pronuntiavit, decrevit & declaravit in plena Congregatione, & de ordine expreſſo prælibati S. D. N. Clementis Papæ VIII. & inſuper ordinavit, ut præſens decretum intimetur omnibus Generalibus, Provincialibus, & aliis quibuſcunque ſuperioribus dictorum Ordinum. Romæ die 30. *Auguſti* 1602. *Alex. Card. Floron. I. P. Mucontius, Proſecret. Cong. Locus ſigilli.*

Poſtmodùm Clemens VIII. per ſuam Conſtit. incip. *Quæ ad removendum, ſub die* 5. *Novembris* 1603. ex voto eorundem Cardinalium Congregationis ſacrorum Rituum declaravit, *Clerum ſæcularem in omnibus locis, etiam in propriis Eccleſiis, & Conventibus Fratrum, Monachorum, & Religioſorum quorumcunque in univerſo Regno Caſtellæ & Legionis præferendum eſſe, & præcedere debere, &c.* Quam Clementis VIII. conſtitutionem obſervari mandavit Gregorius XV. in ſua Conſtit. incip. *Alias à felic. ſub die* 3. *Auguſti* 1622. commiſſa earum executione quibuſvis locorum Ordinariis in Regnis Hiſpaniarum exiſtentibus, quoties pro parte alicujus ex clero ſæculari fuerint requiſiti, &c.

In materia præcedentiæ inter Religiones, ubi Apoſtolicæ Conſtitutiones non habentur, vel ſi quæ ſint, receptæ non extant, ſervanda eſt conſuetudo loci, ſecundùm Bald. *in cap. cùm olim, de conſuetud. num.* 1. Zabarel. *conſ.* 62. *num.* 1. Renat. Chopin. *monaſtic. lib.* 2. *tit. ultim. num.* 23. Seraphin. *deciſ.* 335. *& deciſ.* 663. *& deciſ.* 964. *num.* 1. ubi ampliat hoc etiam procedere, quamvis conſuetudo hujuſmodi repugnaret Juri communi, de quo etiam addent. ad Gregor. XV. *deciſ.* 123. Menoch. *conſ.* 51. *n.* 49. *&* 51. Ripa apud Poſtium poſt tract. mandati *de manut. deciſ.* 339. *num.* 1. *&* 2. Mich. Ferr. *de præcedent. Eccleſiaſt. quæſt.* 45. *n.* 10. Vel inſpiciatur qualis ſit prior in inſtitutione, & approbatione, ex gloſſ. *verb. prædicator, in c. quorundam, de elect. lib.* 6. Chaſſan. *in catalogo gloriæ mundi, p.* 4. *conſid.* 52. *verſ. ergo modo.* Ricc. *p.* 1. *deciſ.* 131. *n.* 18. Tob. Non. *conſ.* 71. *n.* 35. tenuit Rota *in Oriolenſi præcedentiæ*, 10. *Martii* 1600. coram *D. Litta*, & *in Romana præcedentiæ*, 24. *Maii* 1600. coram *Illuſtriſſimo Card. Lancellotto* ſen. ubi etiam fuit dictum, Monachos trium fontium, & ſanctæ Crucis in Hieruſalem debere præcedere Monachos S. Euſebii, ex quo eorum Ordo, qui eſt Ciſtercienſium, fuit prius conſtitutus, & approbatus: etenim illum inſtituit ſanctus Robertus Monachus ſancti Benedicti anno Domini 1098. Chaſſ. *d. p.* 4. *conſid.* 58. & paulò poſt approbavit Urban. II. ut poſt alios refert Platina *in vita ejuſdem Urbani II. in fine.* At verò iſte Ordo, qui eſt Cœleſtinorum, fuit per ducentos annos poſtea à S. Petro Moroneo, qui fuit Papa Cœleſtinus V. inſtitutus, ſub eadem Regula ſancti Benedicti, Chaſſan. *d. q.* 4. *conſiderat.* 60. Hieron. Rom. *de republ. Chriſtiana, lib.* 6. *c.* 8. Illeſcas *in hiſtor. Pontif. lib.* 5. *c.* 18. *in fin.* Qui Ordo, quamvis ab eodem Cœleſtino, tam in ſuis Bullis, quàm in aliis dicatur Ordo S. Benedicti, & ita appelletur, & Monachi ſervent regulam S. Benedicti; hoc tamen non eſt, quia Fratres ſunt ejuſdem Ordinis; nam revera Ordo eſt diſtinctus, & ſeparatus, cum ſub Ordine S. Benedicti quibuſdam Conſtitutionibus, ſeu ſtatutis appoſiti ſint plures Ordines diſtincti, ut refert Chaſſan. *d. conſid.* 17. inter quos eſt Ordo Ciſtercienſium, & Ordo Cœleſtinorum, Pelag. *de planctu Eccleſ. lib.* 2. *c.* 21. Trithem. *de viris illuſtribus Ordinis ſancti Benedicti, lib.* 1. *c.* 3. 36

Clemens VIII. motu proprio *de anno* 1699. ſui Pontificatus 8. *decrevit, ut Monachi reformati Ordinis Ciſtercienſ. Congregationis S. Mariæ Fulienſis, in proceſſionibus, & functionibus publicis præcederent Ordines Mendicantes*, eſt *in tom.* 3. *Bullar. conſtit.* 56. cujus meminit Mich. Ferrus *de præced. Eccleſiaſt. q.* 45. *n.* 5. 37

Item idem Pontifex decrevit, quod Fratres Ordinis S. Mariæ de Monte Carmelo, ubique præcedant Fratres B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum, non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtol. cæteriſque contrariis quibuſcumque, ut habetur *in Bullario novo, tom.* 3. *conſtit.* 95. *ejuſdem Pontificis*, cujus meminit idem Mich. Ferrus *de præced. Eccleſ. q.* 45. *n.* 4.

Fratres Prædicatores præcedunt alios Religioſos Mendicantes, etiam ubi Eccleſias non habent, aut alii Mendicantes antiquiores Eccleſias poſſident, ut declaravit Pius V. *in Bulla* quæ incip. *Divina diſponente clementia*, de anno 1568. *in Bullario novo tom.* 2. *conſt.* 71. *ejuſdem Pont.* referunt Fr. Emman. *qq. Regular. tom.* 1. *q.* 35.